

lib. 19. Die feriatio, &c. Plin. in Epistol. Nam & menstruum meum calendis Septembris finitur, & sequens mensis complures dies feriatos habet. Idem lib. 18. cap. 6. Malum patremfamilias, quisquis interdiu faceret quod agerit possit, nisi tempestate cœli: pejorem, qui profectis diebus noceret quod feriatos debere: pessimum, qui sereno die, sub tecto potius operaretur, quam in agro. Contra, Profecti dicuntur, qui feriatos non sunt. Feriatam machæra, qua quis non uritur. Plaut. Milit. sc. 3. act. 1. Hanc machæram mihi consolari volo: Ne lamentetur, neve animum despondeat, quia se jam pridem feriatam gestitem: Quæ misera gestit fractum facere ex hostibus. Malè feriatos, id est, Ignavus, inutili otio vacans, ait Budæus. Et, malè feriatos homines dicti sunt à Gellio cap. 22. lib. 10. ii pseudophilosophi, qui abutentes bono otio, in tricis & futili argutiarum puerilium meditatione, nihil ad vitam vel tuendam, vel ordinandam promovendum consenscunt. Malè feriatos Troes, Horat. 4. Carm. Ode 6.

Feriatos, idem quod feriatos, vel festus, ut dies feriatos, pro feriatos. Ulpian. lib. 2. de feriis: Divus Marcus effecit de aliis speciebus Prætorum adiri, etiam feriatos.

Ferire, is, ire, sine præterito & supino, idem quod percussio, à φέρω. חָכַר hichchâb, חָרַר charâth. פָּעַל, חָרַר. GALL. Ferir, frapper. ITAL. Percuotere, ferire. GERM. Schlagen. HISP. Herir. ANGL. To strike or smite. Virg. 9. Eclog.

Occursare capro, cornu ferit ille, carveto.

Plautus in Amphitryone, Non tu scis, Bacchæ bacchanti si vis advorsari, ex infana infaniorum facies, feriet sæpius. Idem Menach. sc. 1. a. 1. Fores ferio? feri, placidè pulsa. Idem Prolog. Amphitry. Adest, ferit (id est, pulsat ostium.) Idem Milit. sc. 2. a. 2. feriens femur dextrum. Senec. epist. 89. Ea, quæ oculos feriunt maximè movent. Quintil. feriri simili ictu (de repentino vulnere orbitatis.) Idem, Feriunt animum sententiæ. Plaut. Pseud. sc. 2. a. 4. Quos dum ferias tibi plus noceas. Senec. cap. 9. de consol. ad Marc. Ferimur à fortuna ex inopinato. Ovid. Eleg. ult. lib. 4. Trist.

Dum ferit Ausonia carmina culta lyræ.

Ferire item, est sancire, firmare. Unde ferire fœdus dicimus. Virg. 10. Æneid.

— haud mora, Tarchon

Jungit opes, fœdusque ferit.

Cicero pro domo sua, Sed uno tempore cautiones fiebant pecuniarum, fœdera feriebantur provinciarum. Origo harum loquutionum inde tracta est, quod antiqui fœdus & pacem solenni pompa cum hostibus incuntes, porcam saxo silice feriebant. Id constat ex lib. 1. Livii, ubi vetustissimi fœderis ritus describit. Ferire item pulsare est, φέρω. Plautus in Amphitry. sc. 1. a. 4. Feriam fores, aperte. Ferite jugulum, est inferre mortem, jugulare. Ferire munere, est mulctare munere, seu munera emungere. Terentius Phorm. Porro autem Geta ferietur alio munere, ubi hera pepererit: porro autem alio, ubi erit puero natalis dies. Spectris feriuntur oculi. Cicero Cassio lib. 15. epist. Ferire aures, pro excitare. Quint. lib. 9. cap. 3. Quæ etiam si fuerint crebriores, aures consuetas minus ferient. Hujus compositum est Referio, quod est Repercussio, ἀντίπτω. Plaut. in Asin. Patitor tu idem quum ego te referiam.

Ferio, as: vide Feria.

Feritas: vide Feras.

Ferme, & fermi, à ferè: ut à gero germen, vel ab φέρω. Ferè, penè, propè, propemodum. חִמְבָּחִים chimbâth. גֵּרְדִים. GALL. Presque, peu s'en faut, à peu près. ITAL. Quasi, poco meno. GERM. Schier/gar nach. HISP. Quasi, à poco mas à menos. ANGL. Almost. Terent. in Andr. Jam ferme moriens me vocat, id est, quum parum abesset, quin moreretur. Ponitur quandoque pro facile, φέρω. Terent. in Andria, Fidelem haud ferme mulieri invenias virum. Ubi Donatus, ferme pro facile posuit: Ferme facilitatem significat, quia sunt adverbia extenuationis. Plaut. Pœnulus. Facio quod manifestè deprehensi mœchi haud ferme solent.

Fermentum, i, à ferreo. Farina quæ subigitur priusquam addatur sal, ad pulvis modum decocta, & relicta donec acescat. פָּעַל פֶּרְמֵט. ζύμα, ζυμα. GALL. Levain. ITAL. Lievito. GERM. Hefel/saurteig. HISP. Levadura. ANGL. Leaven or sower dough. Dictum quia fermentum, quod fervendo crescat. Plin. lib. 18. cap. 7. Spuma ita concreta pro fermento utuntur. Jacere in fermento, ἐν τῇ ζύμῃ κείσθαι, per translationem dicebantur qui animum essent ægro, qui quæ iracundia turgerebant. Plaut. in Merc. Nam mea uxor propter illum tota in fermento jacet: id est, inflata est & irata. Idem in Cas. Dii te servasint mihi. Nunc in fermento tota est, ira turgere mihi. Ædepol ego illam mediam dirupram velim. Fermentum translatum ad terram, id significat quod glebas resolvit, tumidamque terram ac raram reddit: quemadmodum consperisionem rarefacit fermentum. Col. lib. 3. cap. 11. parum quod superest inferioris soli, rastris licet effodere, & in fermentum congerere atque componere. Idem lib. 4. cap. 1. Repastinata humus, dum est recens, soluta, laxataque, velut fermento quodam intumescit.

Fermentum, as: Fermento misceo, seu crescere facio. φέρω chamâts. ζύμα. GALL. Mettre du levain, faire lever ou enfler la pâte, assaisonner de levain. ITAL. Far lievitare la pasta. GERM. Hefen/vers setzen. HISP. Levadar. ANGL. To leaven, to mixe leaven with dove. Plin. Quum fieret panis hordeaceus, cicerulæ farine admixtione fermentabatur. Transfertur etiam hoc verbum ad terræ culturam, quæ tunc fermentari dicitur, quum rarefit, & spissæ illæ glebæ resolvuntur & augentur, & veluti inflantur: quemadmodum consperisio, hoc est, farina illa subacta, & in massam redacta, intumescit, addito fermento. Varro lib. 1. de re rustic. cap. 38. Stercus optimum scribit esse Cassius volucrum, præter palustrium, ac nantium. De hisce præstare columbinum, quod calidissimum sit, & fermentare possit terram. Colum. lib. 2. cap. 15. Maximè tamen columbinum probamus, quod modicè sparsum, terram fermentare comperimus. Quo in loco nonnulli exposuerunt fermentare pro stercore, & pinguefacere, quod viderent Columellam de stercore columbino loqui, quo agrum pinguiorem reddi credunt. Sed eam non

Calopini Pars I.

esse mentem Authoris, ex diversis ejus locis facile potest deprehendi. Ita enim habet lib. 4. cap. 1. Quid quod repastinata humus, dum est recens, soluta, laxataque, velut fermento quodam intumescit: quum deinde non longissimam cepit vetustatem, condensata subfidit? Quo in loco vocat terram fermento intumescens, quam alibi vocat fermentatam. Pro eodem etiam dixit Humum resolutam, eique opposuit densam lib. 2. cap. 2. Sed ex his nihil non melius resoluta humo, quam densa provenit. Quod nos quoque Virgilius, quum & alias fœcundi arvi laudes retulisset, adjecit:

Et cui putre solum, namque hoc imitatur arando.

Neque enim aliud est colere, quam resolute & fermentare. Ex quibus Columellæ verbis clarissimum est, fermentare terram, nihil aliud esse, quam diligentem culturam, pastinationem, sive etiam calidis stercoreibus, qualem dicit columbinum, terram putrefacere, resolvere, & rariorem reddere.

Fermentescere, est crescere, & rarefcere, addito fermento: & proprie de pane dicitur. φέρω batesék. ζυμα. GALL. Estre levé ou enflé de le vain, s'enfler ou lever comme la pâte. ITAL. Lievitarsi, enfiare. GERM. Aufgehen/oder geschredlen von dem saurteig. HISP. Levadar. ANGL. To swell by leaven. Quamvis etiam ad terram transferatur, quæ tunc fermentescere dicitur, quum densitas illa glebarum rarefit, & resolvitur. Plin. lib. 28. cap. 8. Quum teratur inter digitos fermentescens. Idem lib. 17. cap. 2. Tellus quoque illo modo fermentescit, & succi plena, ac lactescens satis non effœta, quum tempus aperit, tepidis aridet horis.

|| Fera, Feras. V. E. Hiberniæ, sub A. Cassiliensi. ||

FERO, fers, tuli, latum. à φέρω. Proprie significat porto. נָשָׂא nasa, שָׂא sabal. φέρω. GALL. Porter. ITAL. Portare. GERM. Tragen. HISP. Llevar à traer. ANGL. To carie, to beare. Virg. lib. 5. Æneid.

Vix illam famuli Phlegæus Sagarisque ferebant.

Ferri etiam præteritum, tetuli, ut apud Terent. teste Diomede lib. 1. Grammat. Huc tetulisse pedem. Ferre annos dicitur vinum. Quintilian. cap. 4. lib. 2. Item, Ferre ætatem. Plinius. Catull. de com. Beren.

Digna ferat, quod si quis inaniter adjuravit.

Ovid. Eleg. 8. lib. 1. Trist.

Augurium ratio est, & conjectura futuri:

Hac divinavi, notitiâque tuli (i. adeptus sum.)

Idem Eleg. 1. lib. 1. Trist.

Ingeniique minor laude ferere mei (i. dicere.)

Ferri ordine (id est, ordinem sequi.) Idem Eleg. 1. lib. 2. Trist.

Pro Accipere. Plaut. Hinc dimidium, aut plus feres.

— Laves delubra tulerunt.

Ovid. 6. Fast. Pro ire. Suet. in August. cap. 32. sese ferebant succincti ferro. Pro adferre. Gell. cap. 1. lib. 5. Ferre medicinas. Et Plaut. Aulul. sc. 5. a. 3. Mores pro dote ferant. Et Asin. sc. 2. a. 2. Feras argentum, id est, aufetas, accipias. Ovid. 13. Metam.

Quidve domum feris decimo, nisi dedecus, anno.

Tibull. 4.

(Sol) — astivum fertur in orbem.

Ferri, pro funere efferrî. Plaut. Aulul. sc. 3. a. 1. Cras veniat, perendie feratur foras. Et Ovid. Eleg. 3. lib. 1. Trist. sine funere ferri (id est, auferrî.) Pro Dignari. Idem in Epist.

Servus eras, servo nubere Nympha tuli.

Aliquando pro Inferre. Livius lib. 4. bell. Pun. Vitandæ, non inferendæ fraudis causa, hoc consilii capimus. Pro Auferre, sive accipere. Ovid. 13. Metam.

Ipsè tulit pretium jam nunc certaminis hujus.

Item Sueton. in Tiber. cap. 16. Ferre pretium perseverantia. Aliquando Tolero, patior. Terentius in Heautont. Nam quem ferret, si parentem non ferret suum? Aliquando duco, dirigo, φέρω. Livius lib. 1. Pergit ad proximam speluncam, si forte cò vestigia ferrent. Virg. 6. Æneid.

Hinc via tartarei qua fert Acherontis ad undas.

Cels. lib. 7. cap. 4. si intus fistula fert, i. tendit, fertur. Sæpe etiam accipitur pro dicere, præsertim in tertiis personis. λίζω. ut, Sic ferunt homines, hoc est, sic loquuntur, aut dicunt. Tacit. lib. 1. Ex Caio Cæsare se genitum ferebat. Liv. lib. 1. ab Urbe. Faustulo fuisse nomen fertur. Cicero de Amic. Quod Tarquinium dixisse fertur tum quum esset exul. Virg. 1. Æneid.

Quam Iuno fertur terris magis omnibus unam

Post habita coluisse Samo.

Aliquando Exhibeo. Idem 3. Æneid.

Sacra Dionaæ matri, divisque ferebam.

Aliquando Concupisco, φέρω, ἐπιθυμώ. Salust. in Catil. Tunc Catilina polliceri tabulas novas, proseriptiones locupletum, magistratus, sacerdotia, rapinas, atque alia omnia quæ bellum, & libido victorum fert. Lucan. lib. 1.

Fert animus causas tantarum exponere rerum.

Ovid. 1. Metam.

In nova fert animus mutatas dicere formas

Corpora.

Aliquando Extollo. φέρω. Salust. Consulares omnes, itémque Senatus magna pars sententiam ejus laudant, virtutem animi ad cœlum ferunt. Aliquando Gigno, produco. γινώω. Virg. 11. Æneid. Si duo prætereantales Idæa tulisset

Terra viros.

Suet. in Aug. cap. 63. Ex Livia nihil liberorum tulit. Idem in Tib. cap. 47. & in Calig. cap. 7. Aliquando Habeo. Virg. 5. Æneid.

Ferre sui dederat monumentum & pignus amoris.

Aliquando Affero. Idem 11. Æneid.

Legati responsa ferunt.

Aliquando Confero. φέρω, ἐπιτίθημι. Idem 3. Æneid.

— quibus acer Eryx in prælia fuetus

Ferre manum.

Aliquando Disturbo. φέρω. Idem lib. 1. Æneid.

Quippe ferant rapidi secum, vertantque per auras.

¶ Aliquando Ostento. *ὄσδειναι*. Idem 11. *Aeneid.*
— *capitvo sive ut se ferret in auro*

Venatrix.

¶ Aliquando Consulo, *ῥεπιπέζω*: ut, Pompeius tulit ad populum. Sic ferre ad Senatum, est Senatum aliqua de re consulere, *ἀναφίρειν αὐτὸς τῶν ἀνγκλησῶν*. ¶ Aliquando Aufero, *ἀναφίρειν*. Virg. in *Daphnide*,

— *postquam te fata tulerunt.*

Idem 9. *Eclog.*

Omnia fert atas: id est, aufert.

¶ Aliquando Refero, seu recipio. Terent. in *Adelph.* Pro labore ab his fero odium: id est, *φίρειν*, ἢ *φίρομαι* *φθίνω*. ¶ Aliquando Afferor. Terent. *sc. 9. a. 5. in Eunuch.* Hoc si effeceris, quodvis donum & primum à me optato, id optatum feres. Et in *Adelphis*, Ni faciant quod illos æquum est, haud sic ferent, id est, obtinebunt. ¶ Quod si cum his verbis, præ me, præ te, vel præ se, addatur, significat dicto, vel facto, vel gestu aliquid ostendo, confiteor. *ἀγλάω, ὄσδειναι*, ut, Præ te fers iram. Quintil. Fiduciam igitur præ se ferat orator, semperque ita dicat tanquam de causa optime sentiat: id est, ex ipso aspectu oratoris, ex ipsa voce, ex ipsa oratione eluceat fiducia: quemadmodum qui pugnaturi sunt, in vultu & gestu indicant tacitam vel formidinem, vel fiduciam, hoc est, præ se ferunt fiduciam, formidinemve. Cicero, Nam ille qui accepit injuriam, meminit, & præ se fert: id est, se mentem persequendæ injuriæ habere ostendit. ¶ Ferre aërem, est alluescere aëris varietati, quæ obest. Virg. *lib. 2. Georg.*

Quum semel haferunt avvis, aurásquo tulerunt.

¶ Ferre tribum, ferre centuriam dicitur is qui tribum, vel centuriam habuit sibi suffragantem. Cic. *pro Plancio*, An tandem unius centuriæ prerogativa tantum habet autoritatis, ut nemo unquam prior eam tulerit, quin renunciatus sit? Idem 4. *Philipp.* An tum quum es factus, unam tribum sine Curione ferre potuisses? Ferre suffragium, est suffragari, judicare, sententiam ferre. Cic. *Attic. lib. 1.* Idemque refert ut universus populus in campo Marrio suffragium de cæde P. Clodii ferat. ¶ Ferre sententiam, est pronuntiare. Idem *pro Cluentio*, Vos autem Judices de hominum fortunis sententiam fertis. ¶ Ferre fortunam, pro uti. *ῥεπείω τῆ τύχης*. ¶ Ferre expensum, est id quod alicui dederis, in rationes referre. Cui opponitur referre acceptum, quod est, id quod acceperis ab aliquo, in rationes referre inter accepta. Qui plura ea de re nosse cupit, videat Adrian. Cardinalem, qui diligentissimè hæc explicuit. ¶ Ferre judicem alicui, pro judicio aliquem lacessere, & judicem offerre. Cic. *pro Q. Roscio*, Quem ego si ferrem judicem, refugere non deberet; quum testem producam, reprehendere audebit? ¶ Ferre conditionem, pro offerre & præscribere. Idem *pro Quintio*, Conditionem tuli, si vellet pecuniam petere, Quintium judicatum solvi, satis daturum. Idem *pro S. R.* Hanc conditionem misero ferunt. Ferre annos & vetustatem, sive perferre, dicuntur vina propriè: quod ad alia quoque transfertur & significat, Vetustate non exolescere. Quintil. *lib. 2. cap. 4.* Quare mihi ne maturitas quidem festinet, ac multa in lacum statim austera sint: sic & annos ferent, & vetustate proficiunt. Idem *lib. 10. cap. 1.* Paucos enim, vel potius vix ullum ex iis qui vetustatem pertulerint, existimo posse reperiri, qui judicium adhibentibus non allaturus sit utilitatis aliquid. Sumpta à vinis metaphora, quæ non fugiunt. ¶ Ferre natura, id est, Per naturam licet. Cæsar 3. *belli civil.* ¶ Natura fert ut extrema ex altera parte graviter, ex altera autem acutè sonent: id est, naturâ comparatum. Cic. in *Somnio Scip.* Quintil. Si res in contrarium tulit. Ovid. 5. *Fast.*

— *Si quid fert impetus, opta:*

Omne feret.

Senec. *lib. 16. de consol. ad Marc. cap. 16.* Si benè fers (amissum filium) magna solatia (relictis nepotes :) si malè, magna onera. Ovid. *Eleg. 1. lib. 4. Trist.*

Et tulerit quò me casus, & unde subit.

¶ Ferre se pro civè. Liv. *lib. 4. d. 4.* ¶ Composita sunt, Affero, aufero, antefero, conferto, circumfero, superfero, transfero, quæ habent penultimam correptam. Tetuli: Plaut. *Amph.* Et manum prehendi, & osculum tetuli tibi. ¶ Ferens, entis. Ovid. *Eleg. 2. lib. 1. Trist.*

Vt mare subsidat, ventisque ferentibus utar.

¶ Latus, a, um. Plaut. *Amph.* Divinitus non metuo, quin uxori late suppetiæ sint. ¶ Lator, is, verbale. { *ἄνωσε*, *ἄνωσος*. Gall. *Porteur*. Ital. *Latore*, portatore. GERM. Ein *träger*. HISP. *El portador*. ANGL. *A caryer*, or *bearer*. } ut, Lator legis, qui & legislator uno verbo dicitur, ille est qui promulgavit, vel instituit, vel tulit legem, *νομοθέτης*. Cic. 1. *de natura deorum*, Ferrène civitas ulla latorem istiusmodi legis, ut condemnaretur filius, &c. Aliquando ponitur pro Tabellario, *ῥαμματῶφός*. Suet. in *Caligula*, Quasi universa tradita insula magnificas Romam litteras misit, monitis sæpe latoribus, vehiculo ad forum usque & curiam pertenderent. Latorius, adject. ut, Latoria lex. Cic. 3. *Offic.* Atque iste dolus malus etiam legibus erat vindicatus, ut tutela 12. Tab. & circumscriptionis adolescentium, lege Pletoria, à Pletoro lata. Sed legendum, *Latoria*. Latio, nis. Liv. *lib. 8. dec. 4.* Latio suffragii.

¶ Ferraculum, feraculum, instrumentum ferendo aptum. Ulp.

FÉRAX, acis: Fertilis, fecundus. { *ἄνωσε*, *ἄνωσος*. Gall. *Qui porte & rapporte beaucoup, fertile, de grand rapport*. Ital. *Fertile, fecundo, abundante*. GERM. *Fruchtbar*. HISP. *Cosa fertil*. ANGL. *Fertile, fruit full, rancke*. } Plaut. in *Epidic.* Nullum esse agrum opinor in agro Attico æquè feracem, quàm hic noster Periphanes. Colum. *lib. 1. cap. 3.* Nullus feracior, & uberius locus, &c. Plin. Ut tam ferax bonarum artium seculum videremus.

FÉRACISSIMUS, superlativus: Fertilissimus: *ἄνωστος*. Plin. in *Panegyrico*, Tantis segetibus induebatur, ut cum feracissimis terris quàm nunquam cessura certaret.

¶ Feraculus, aliquantum ferax, Cath. ¶

FÉRACITĀS, atis: Fertilitas, fecunditas. { *ἄνωσε*, *ἄνωσος*. Gall. *Fertilité, abondance, fecondité*. Ital. *Fertilità, abbondanza*. GERM. *Fruchtbarkeit*. HISP. *Fertilidad*. ANGL. *Fertilitie or fruitfulness*. } Colum. *lib. 3. cap. 2.* Ubi nihil erit, aut non multum, quod prioritet feracitatem, potius sequemur, &c.

¶ Feritas, fertilitas, à ferendo dicta. Tertull. ¶

FÉRILIS, e, adjectivum: Ferax. { *ἄνωσε*, *ἄνωσος*. Gall. *Fertile, abondant, de grand rapport*. Ital. *Fertile, abondante, grasso, fruttuoso*. GERM. *Fruchtbar, das vil tregt*. HISP. *Fertile, abondante, fructuoso*. ANGL. *Fertile or fruitfull, rancke*. } Col. *lib. 4.* Ut ex his partibus trunci sumantur, quæ & genitales sunt, & maximè fertiles. Uberrimos, maximèque fertiles agros incolere. Cic. *de Div. Virg. Georg.*

— *hic fertilis uva,*

Hic laticis, qualem patetis litamus & auro.

Plin. *lib. 14. in Proem.* Tanto priscorum cura fertilior, aut industria felicitior fuit. Ovid. 4. *de Pont.*

Fertile peccus habes, interque Heliconæ colentes
Vberius nulli provenit ista seges.

Tibull. *lib. 4.*

— *Dum terna per orbem*

Sacula fertilibus Titan decurrerit horis.

Plin. Captatio in quæstu fertilissimo. Ovid. 1. *de arte*,
Fertilior seges est alienis semper in agris. Hinc

FÉRILITĀS, sicut à ferax feracitas: Uberritas agrorum, bonitas agrorum. { *ἄνωσε*, *ἄνωσος*, *ἄνωσος*, *ἄνωσος*. Gall. *Fertilité, abondance*. Ital. *Fertilità, abbondanza*. GERM. *Fruchtbarkeit*. HISP. *Fertilidad*. ANGL. *Fertilitie, pleintie, abundance*. } Colum. *lib. 2. bell. Gall.* Cic. 1. *de divinat.* Quæ sit vel sterilitas agrorum, vel fertilitas futura. Ovid. *Eleg. 1. lib. 2. Trist.*

— *magna fertilitatis opus (i. res Augusti.)*

FÉRĒNTĀRII, orum: Levis armaturæ milites, auxiliores, à ferendo auxilio, ut quicquid opus esset, auxilio ferrent, ex cursu leves, arma gravibus non impediti, sed ense & telis tantum instructi. Hæc Nonius. *ἀεροβολοίται*. Varro autem ferentarios vocat milites, qui fundis, lapibusque pugnabant: quæ tela feruntur, non tenentur. Salust. in *Catil.* Postquam eò ventum est, unde à ferentariis prælium committi posset. Hi & Velati vocabantur, ut inquit Festus, quod vestiti in armis sequerentur exercitum. Tacit. *lib. 12.* Sed eò quoque irrupere ferentarius, gravisque miles, illi telis assultantes, hi confecto gradu. *Ibid.* Ferentarios vocat Auxiliares, Graves autem Legionarios.

FÉRĒCŪLUM, teste Nonio, Missus cibi, ita dictus, quod ad mensam inferatur. { *παραθήκη*, *παραθήκη*, *παραθήκη*. Gall. *Vn mets de viande, qu'on porte & met sur la table, un service de table*. Ital. *Vivanda, che si porta in tavola*. GERM. *Ein tracht*. HISP. *Manjar à cosa que se lleva en plato*. ANGL. *A messe or dish of meate borne to the table*. } Juven. *Satyr. 1.*

— *quis fercula septem*

Secretò cœnavit avus.

Horat. 2. *Sermon. Satyr. 6.*

Multaque de magna superessent fercula cœna.

¶ Aliquando sumitur pro gestamine, quo pompa deferritur solet. Suet. in *Cæsare*, Pontico triumpho, inter pompæ fercula trium verborum prætulit titulum, *Veni, Vidi, Vici*. Hoc est, inter pompæ triumphalis gestamina. Quo nomine continentur simulachra oppidorum, spolia hostium, coronæ, machinæ, & id genus alia quæ ferri solent in pompa triumphali: sicut fercula ludorum, quæ in ludis: factorum, quæ in sacris. Acron etiam docet, fercula esse pulpita, in quibus Deorum simulachra reponerentur: quia in pompa Circensium (hoc est, celebritate ludorum Circensium) huiusmodi simulachra deorum ferebantur. Cic. *lib. 1. Offic.* Cavendum est, ne tadtatibus utamur in egressu mollioribus, ac similes pomparum ferculis esse videamur. Liv. *lib. 1. ab Urb.* Ferculum fabricatum ad ferenda spolia. Senec. *cap. 25. de vita beat.* In ferculum alienum imponi (sup. captivum.) Item Sueton. in *Cæs.* *cap. 76.* Theulam & ferculum Circensium pompa (sup. decerni sibi passus est.) Et Senec. *cap. 5. de Tranquill.* Fercula illi pro congiariis numerant. Item, fercula de funere. Suet. in *Calig.* *cap. 15.*

FÉRĒTRUM, i, àfero: Lectus, vel quid aliud quo mortuus efferri solet: capulus. { *ἄνωσε*, *ἄνωσος*. Gall. *Vn cercueil, ou bierre à porter les morts, lièriere*. Ital. *Feretro, barca, cataletto*. GERM. *Ein todtenbahr*. HISP. *Las andas para llevar muertos*. ANGL. *A bier or coffin where on de ad menar caried*. } Plin. *lib. 7. cap. 52.* Varro quoque author est xx. vitis agros dividitibus Capuæ, quandam qui efferretur feretro, domum remeasse pedibus. ¶ Feretra item dicebantur, quibus fercula spoliave in pompis gestabantur. Liv. 1. *ab Urb.* Spolia ducis suspensa, fabricato ad id aptè feretro, gerens in Capitolium descendit.

FÉRŌNĀ, æ: *ἄνωσε*, *ἄνωσος*. Nemorum dea, à ferendis arboribus. { Ein *waldgöttin*. } Virg. 7. *Aeneid.*

— *& viridi gaudens Feronia luco.*

Tradunt enim cum lucus ejus fortuito arsisset incendio, & ob id transferre inde deæ simulachrum incolæ vellent, nemus subito eviruisse. ¶ Fuit & Feronia civitas sub monte Soracte, in qua ejusdem nominis dea erat, quam finitimi mira religione venerabantur.

FÉRŌX, ocis, à Ferus: Elatus, savus, crudelis, vehemens, immanis. { *ἄνωσε*, *ἄνωσος*, *ἄνωσος*, *ἄνωσος*. Gall. *Fier, courageux, orgueilleux, farouche*. Ital. *Feroce, fero, coraggioso*. GERM. *Fräch, stots, grimm*. HISP. *Bravo y fiero*. ANGL. *Fierce, cruell, outrageous*. } Horatius, *Vrbes gensisque Latium ferox.*

Salustius, Ille animo feroci negat se fufum tories Numidam pertimescere. Virg. 4. *Aeneid.*

Stat sonipes, & frana ferox spumantia mandit.

ἄνωσε, *ἄνωσος*, *ἄνωσος*, *ἄνωσος*. Plaut. in *Mil.* Et quia tecum eram, propeccata

pterea animo etiam ferocior. Suet. in August. cap. 65. Ingenium fortidum ac ferox. Plaut. Menach. sc. 2. a. 5. Junctos equos capere, indomitos, feroces. Ovid. 13. Metam.

Ego Marte feroci
In acie valeo.

Idem Eleg. 2. lib. 4. Trist.

Ille ferox, & adhuc oculis hostilibus ardens.

Plaut. Curc. sc. 3. a. 4. Nec te mihi facias ferocem. Idem Asin. sc. 4. a. 1. Ferox est viginti minas tractare se.

Feroculus, adjectivum. ἄγριος. GALL. Un peu trop fier & orgueilleux. ITAL. Alquanto feroce. GERM. Stolzrechtig / etwas strach. HISP. Bravo un poco. ANGL. Somewhat fierce. Hircius de bell. Afric. Quid tu, inquit, miles tyro tam feroculus es. Turpil. Eia, quam ferocula est.

Ferocitas, ferocitas. ἄγριότης. GALL. Fierté & orgueil. ITAL. Ferocità, crudeltà. GERM. Grimme / stolze. HISP. Bravura, sintino. ANGL. Fierceness, cruelty. Cic. lib. 6. de Repub. Qui comprimit ejus vim, & effrenatam illam ferociam. Idem de Arusp. resp. Duobus inceptis verbis omnem impetum gladiatoris, ferociamque compressi. Tacit. lib. 2. Per communes liberos oravit, exueret ferociam. Senec. cap. 8. de consol. ad Marc. Ferocia miriganda tempus efficacissimum (i. dolori infano.)

Ferocitas, aris : Superbia, elatio animi, crudelitas, savitia, & (ut inquit Speusippus) excessus audaciae, haud metuens quae metuenda sunt. ἄγριότης. GALL. Fierté, orgueil. ITAL. Ferocità, ferezza, orgoglio. GERM. Hochmuth / strachheit / grimmigkeit. HISP. Bravura con desatino. ANGL. Fierceness, arrogancia in showing, cruelty. Cic. 1. Offic. Sicut equos, propter crebras contentiones, praetiorum ferocitate exultantes domitoribus tradere solent, ut his facilius possint uti, &c. Idem in Vatim. De ferocitate in tuam istam comprimerem, & audaciam frangerem. Et de sen. Infirmitas puerorum, ferocitas juvenum, & gravitas jam constantis aetatis.

Ferociter : Superbe, elate, immaniter. ἄγριως, δεισιδαιμόνως. ANGL. Fiercely, cruelly. Plaut. in Amphitr. Superbi nimis ferociter legatos nostros increpant. Livius 3. ab Urbe, Legatique caput ferociter ostentantes. Idem 3. bell. Punic. Cum quo ferocissime pro Romana societate adversus Punicum foedus steterat. Multo ferocius. Cic. Quint. Frat. lib. 2.

Feroco, is, iui, vel ferocii, itum : Ferox fio, vel ferociam exerceo. ἄγριος. GALL. Estre fier & farouche. ITAL. Farsi feroce, incrudelire. GERM. Strach sein / grimme vnd vngestum sein. HISP. Embravecere. ANGL. To wasse fierce, cruel or hostile. Gell. lib. 1. Nihil adeo in congregandis hostibus, atque in principiis praetiorum ad salutem, virtutemque aptius rati, quam si permulcti tonis mitioribus, non immodice ferocirent. Ovid.

Disce bonas artes, nullis assueta juvenum
Mox intractati more ferocit equi.

Ferraria, vulgo Ferraria. Ferraria. Nomen urbis celeberrimae in Italia Circumpadana. Item promontorium in Hispania non procul a Carthagine nova : ita nominatum quod habeat ferri fodinas feracissimas. Vide Melam lib. 2.

Ferrum, i, vel a ferendo, quod in agro colendi gratia feratur : vel a feriendo, quod caetera eo feriantur, hoc est, domentur. Sua enim savitia feriendo domat reliqua metalla, attenuat, & extendit. ברזל. GALL. Fer, ferrement, ferraille. ITAL. Ferro. GERM. Eisen. HISP. Hierro. ANGL. Iron. Plin. lib. 12. c. 25. Ferro laedi vitalia odit. Cic. de nat. Deor. Nos ex terra cavernis ferrum elicimus, tem ad colendos agros necessariam. Quint. lib. 2. cap. 4. Quod etiam rusticis notum est, qui frondibus teneris non putant adhibendam esse falcem, quia reformidare ferrum videntur, & nondum cicatricem pari posse. Ferrum aliquando pro gladio accipitur. Cic. 1. Tusc. In fervorem ferrum & manus incidisset. Idem pro Rose. Amer. Vulneratus ferro Phrygio. Ovid. 13. Metam. Ferro devastare. Senec. cap. 11. de Tranq. Ad se ferrum recipere. Apud Gell. cap. 2. lib. 11. Ferro simile esse vitam docet Cato. Catull. de com. Beren.

Quid facient crines, cum ferro talia cedant?

Ibidem. Ferri frangere duritiam. In ferrum atque in vincula conjecti. Cic. 7. Verr. Ubi ferrum videtur posuisse pro compedibus ferreis. Ferrum & flamma rem geri, quadam proverbii specie dicimus, quum exitiale bellum significamus. Idem pro Luc. Flac. O dii immortales! quid hoc miserius. Nos qui P. Lentulo ferrum & flammam de manibus extorsimus, imperitiae multitudinis iudicio confidimus. Sic pro Sylla. Ferrum natate doces, ἄγριος τολών διδάσκεις : de iis qui tem conantur, quae repugnante natura nequaquam fieri possit. Ferrum damnari, & ad ferrum, dicuntur non qui ad bestias damnantur, sed qui damnantur ut cum gladiatoribus pugnent. Itaque Sueton. de munere gladiatorio loquens, in Neron. cap. 12. Exhibuit (inquit) ad ferrum etiam quadringentos Senatores.

Ferrus, a, um : quod ex ferro est. ἄγριος. GALL. De fer. ITAL. Di ferro. GERM. Eisin. HISP. Cosa de materia de hierro. ANGL. Of yron. ut, Massa ferrea, Annulus ferreus. Plin. lib. 10. cap. 42. Haec quum loqui discit, ferreo verberatur radio : non sentit aliter ictus. Ferream fabricam invenere Cyclopes. Plin. lib. 7. cap. 56. Virg. 3. Aeneid.

confixum ferrea toxite
Telorum seges.

Idem lib. 12.

it toto turbida caelo

Tempestas telorum ac ferreus ingruit imber.

Ferreus per translationem, pro duro, & inexorabili. Cic. ad Treb. Ferreus essem si te non amarem. Idem ad Attic. lib. 13. O te ferreum! qui illius periculis non moveris. Liv. lib. 9. dec. 4. Ferrei corporis & animi M. Cato. Plaut. Curc. sc. 3. a. 5. Delicatum te faciam cum catello ut accubus ferreo. Ovid. Eleg. 4. lib. 5. Trist.

Ferrea fors vita difficilisque premis.

Ferrarius, a, um : quod ad ferrum pertinet. ἄγριος. GALL. Des appartenances de fer. ITAL. Cio che à ferro si appartiene. GERM. Das zu dem eisen gehort. HISP. Cosa perteneciente à hierro. ANGL. That belongeth to yron, ut, Faber ferrarius, fodina ferraria, officinae fer-

rariae, metalla ferraria. Plin. lib. 34. cap. 14. Quum ferraria metalla in his locis non sint. Ferraria aqua, qua utuntur fabri ferrarii ad extinguendum candens ferrum. Idem lib. 28. cap. 16. Quidam utinam equi aquae ferrariae ex officinis miscent.

Ferraria, a, substantivum. Locus in quo ferrum foditur. ἄγριος. GALL. Une mine de fer, une forge. ITAL. Minera del ferro. GERM. Ein eisengrub. HISP. Herreria, lugar donde se haze y labra el hierro. ANGL. An yron mine. sicut auraria, argentaria, araria, in quibus aurum, argentum & aes effoditur. Caes. lib. 7. bell. Gall. Apud eos magna sunt ferrariae. Liv. 4. bell. Maced. Parata provincia, vecligalia instituit ex ferrariis, argentariisque.

Ferratilis, e. Plaut. Mostell. sc. 1. a. 1. Augebis ruri numerum, genus ferratile.

Ferratus, a, um : nomen est, non participium, quum verbi originem non habeat, sicut pileatus, manicatus, & similia : significatque id cui ferrum inductum est. ἄγριος. GALL. Ferré. ITAL. Ferrato. GERM. Mit eisen beschlagen. HISP. Cosa herrada por defuera. ANGL. Having yron upon it. Unde ferrata spicula, & ferratas lanceas dicimus. Virg. lib. 3. Georg.

Vndique iam tergo ferratos sustinet orbes.

Juvenal. Satyr. 1.

quantum ferrata distet ab arca
Sacculus.

Tacit. In fronte aciei statuerat ferratos, in cornibus cohortes, a tergo lemermos. Ferratos intelligit crupellarios. Vide Crupellarius.

Hujus compositum est, Praeferratus, de quo suo loco.

Ferramentum, i : Instrumentum ex ferro. ἄγριος. GALL. Instrument de fer, ferraille, ferrement. ITAL. Ferramento, instrumento fatto di ferro. GERM. Eisen wert / eisen wercklug. HISP. Herramiento, d instrumento de hierro. ANGL. An instrument or toole of yron. Unde ferramenta fabrilis, & ferramenta tonforia. Cic. 1. de natur. Quae mollitio, quae ferramenta, qui vectes, quae machinae, qui ministri tanti muneris fuerint? Col. lib. 3. Nonnunquam etiam quum frondere ceperint arbores, cacumina sicut acutissimo ferramento summa amputare prodest. Hinc Ferramentarius faber, ferramentorum confector.

Ferraria, Ferraria. Academia, & urbs Episcopali, & Ducali titulo illustis, quam Principes Aetelini diu tenuerunt, nunc ditionis est Pontificiae, nimirum ab anno Christi 1597. quo Alphonsus II. Estensis, Dux Ferrariae obiit, filio legitimo non relicto. Vide supra.

Ferricrepidina Insula. Plaut. Asin. sc. 1. a. 1.

Ferriterium, ubi ferrum teritur : ut in carcere & catenis. Vox ficta à Plauto Mostell. 3. 2. Alii legunt ferriteritium. Sic &

Ferritribax, qui ferrum teritur, i. terit : ferreis vinculis compeditus. Plaut. Mostell. 2. 1.

Ferrugo, inis : Rubigo ferri. ἄγριος. GALL. Rouilleuse de fer. ITAL. Ruggine del ferro. GERM. Eisen rost. HISP. Orin, color morado, oscuro, d de hierro. ANGL. The roust of yron. sicut arugo aris. Plin. lib. 23. cap. 8. Sudor virgae corni arboris, lamina candente ferrea exceptus, non contingente ligno, illitque inde ferrugo, incipientes lichenas sanat. Per translationem ferrugo color rufus dicitur nigrioris tubedinis, similitudine coloris ferri rubigine exesi. Virg. lib. 9.

Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Ibera.

Ferrugineus, a, um : quod refert colorem ferruginis. ἄγριος. GALL. Ressemblant le fer enrouillé, soit en couleur ou autrement, par unie. ITAL. Di color di ruggine, ferrigno. GERM. Rostfarbig / eisenfarbig. HISP. Cosa de aquel color morado, negro. ANGL. Roustie colour. Talis est color quem Galli sua lingua Perfumatum, veteres (ut opinor) Impluviatum dixerunt : aut certe is est quem hodie colorem regium vocamus, qui à superiori non ita multum distat. Quid quod Ovid. 13. Metam. dixit,

viridem ferrugine barbam.

Sunt qui velint ferrugineum colorem esse, quem alio nomine vocamus caeruleum : adducti, opinor, autoritate Plauti in Milit. qui eundem colorem thalassicum vocat & ferrugineum. Sed non idcirco Plaut. vocat colorem ferrugineum thalassicum, quod maris colore referat, sed quod nautae ejusmodi colore soleant uti in mari. Jabet enim ibi Palaestrio Pleusidem, qui meretricem abductorus erat, ferruginea veste exornatum venire, ut facilius persuadeat militi se esse nauclerum. Verba ejus, ut res facilius intelligi possit, adscribemus. Facito (inquit Palaestrio) ut venias ornatu huc nauclerico, causiam habeas ferrugineam, culturam ad oculos lanceam, palliolum habeas ferrugineum, nam is color est thalassicus, hoc est, mari, & nautis qui in mari versantur, idoneus. Non absimilis error est eorum, qui ferrugineum colorem arbitrantur esse colorem hyacinthi, eo quod Virg. 4. Georg. hyacinthos vocat ferrugineos. Constat enim vel Ovidii testimonio, florem hyacinthum purpurei coloris esse, utpote qui Hyacinthi pueri sanguinem, ex quo enatus fertur, dicitur referre. Certum est itaque Virgilium hyacinthum non dixisse ferrugineum, quod ferrugineum colorem imitatur : sed eadem ratione qua 6. Aeneid. cymbam Charontis dicit esse ferrugineam, quod scilicet funesta putabatur & luctuosa. Solent enim lugentes vestibus ferrugineis coloris uti, quod is color fuscus sit, & subobscurus. Sic etiam Virg. hyacinthum florem vocat ferrugineum, hoc est, lugubrem & funestum, alludens nimirum ad fabulam illam, qua fertur hunc florem ex sanguine Hyacinthi pueri ab Apolline jactu disci occisi, primum fuisse enatum. Haec paulo verbosius visum est discutere, quod videamus eruditos nostri seculi tam discrepantia de hoc colore tradidisse, ut quid de eo sentire debeat, non facile fuerit constituere. Sed certe verisimile est hunc colorem esse, quem supra diximus, qui scilicet ferruginis (à qua nomen habet) colorem imitatur : huncque eundem esse quem veteres appellaverunt Baticum, seu Hispanum. Quod etiam non obscure ostendit Virg. lib. 9. Aeneid. quum vocat ferruginem Iberam, hoc est, Hispanicam. Quo coloris genere etiam hodie nautae Hispani, atque adeo omnes tenuiores utuntur : ut non immerito Plautus colorem hunc videatur appellasse thalassicum, hoc est, mari maxime convenientem. Nam quum hic color sit natus, & penè terrae similis, neque facile mutat

colorem, neque maculae in eo apparent. Constat autem hunc colorem fuisse vilissimum, vel eo argumentato, quod Plautus in loco jam citato ferrugineas vestes piscatoribus tribuit. Nam quum iussisset Pleusidem advenire exornatum causa & palliolo ferrugineo, ut probe nauclerum ementiretur, subdit: Atque apud hunc senem omnia haec sunt, nam is piscatores habet. Huc accedit, quod Plin. lib. 29. cap. 6. scribit lacertas virides ferrugineis maculis esse distinctas. Lacertae autem maculas ejus esse coloris, quem jam indicavimus, nemo ad dubitat qui vel semel lacertam viderit. Non tamen inficias iverim, pro ea verborum inopia, quae est apud Latinos in distinguendis coloribus, vel ipso Plinio teste, colores aliqua ex parte ad hunc accedentes, etiam ferruginis nomine fuisse appellatos. Hinc etiam apud Claudianum lib. 2. de raptu Proserpina, violas etiam ferrugineas invenimus appellari, & à magnae autoritatis scriptoris colorem ferrugineum inter gratissimos colores numerari. Quamobrem ut non magnopere repugnaverim iis, qui hunc colorem Gallorum lingua *Tanneum*, aut *Castaneum* interpretantur, pro intensione, aut dilutione obscurae rubedinis, aliis atque aliis appellantes nominibus: ita plurimum ab iis dissentio, qui hunc eundem faciunt cum colore caeruleo, quem alio nomine Venetum appellant. Quorum errorem manasse arbitror ex loco Vegetii lib. 5. cap. 37. male intellecto, quod ibi Vegetius nautis videatur tribuere colorem caeruleum, sive Venetum, quibus (ut supra ostendimus) Plautus assignat vestes ferrugineas. Arbitrati sunt itaque eundem esse colorem quem Plautus ferrugineum, & Vegetius caeruleum, sive Venetum vocat. Sed hoc argumentum quam falsis innitatur fundamentis, facile dijudicabit, qui citatum Vegetii locum non oscitanter excusserit. Neque enim ibi caeruleum colorem nautis omnibus attribuit, sed iis tantum, qui bello navali scaphis quibusdam exploratoriis hostium consilia investigant, quibus etiam velum navis, atque ipsos adeo rudentes caeruleo colore tinctos esse jubet, ut aquae marinae similitudine hostium oculos facilius fallant. Imò hic error natus ex Nonio cap. 16. ubi clarè loquitur.

Ferrumēn, inis, quoddam quasi gluten, junctura, seu ligatura, qua metallata, sive etiam aliae res consolidari solent. { קבץ *dévek*, קבץ, סווא-פן. GALL. *Soudure*, liaison de metaux ensemble. ITAL. *Saldatura*, colla, ligamento de metalli. GERM. *Edmetall*. HISP. *Saldadura*. ANGL. *Solder*, glue, or any such thing vobere with mettallé or other thing is fastened together. } Plin. lib. 36. cap. 23. Ruinarum urbis ea maxima causa, quod furto calcis sine ferrumine iuo caementa componuntur. Calcem vocat ferrumen caementorum, id est, lapidum, quod illa consolidentur & conglutinentur caementa. Ferrumen auri (ut suo loco diximus) vocatur chrylocolla. Gell. cap. 25. lib. 13. Tanquam ferrumine immisso fucator versus. Cels. lib. 7. cap. 7. de pilis palpebr. Et imponendum medicamentum, quo ferrumen quoque (mendosè *foramen*, in impressis) glutinetur: infra vocat gluten quo pilus vinctus est.

Ferrumīno, as: Jungo, consolido: propriè de metallis dicitur, quamvis & ad alia transferatur. { קבץ *hidhvik*, סוואפן, קבץ. GALL. *Souder*, & joindre ou coller ensemble. ITAL. *Saldare*, congiungere. GERM. *Edten* / *zusammen Edten*. HISP. *Soldar la mesma materia, como hierro*. ANGL. *To gluer or solder*. } Pompon. Jureconsultus, si tuum scyphum alieno plumbo plumbaveris, argento ferruminaveris, non dubitatur tuum scyphum esse. Plinius pro glutinare posuit lib. 36. Vitrum sulphuri incoctum ferruminatur in lapides, hoc est, glutinatur in formam lapidis. Et lib. 35. Calcis quoque usum bitumen praebuit, ita ferruminatis Babylonis muris.

Ferrumīnātio. { קבץ *debék*, קבץ, סוואפן, סוואפן. GALL. *Soudure ou collure de metaux*. ITAL. *Saldamento, saldatura, incollatura*. GERM. *Zusammen Edtung*. HISP. *Saldadura*. ANGL. *A soldering*, } Paul. l. in rem actio, §. item quacunque, ff. de rei vend. Ferruminatio per eandem materiam facit confusionem, plumbatura verò non idem efficit.

Fertillis, vide *Fero*.
Fertores, fertio libantes. Festus: *Fertum*, genus libri dictum, quod crebrius ad sacra ferebatur, nec sine strue, altero genere libri: qua qui adferebant, *struferarii* appellabantur.

|| **Fertor**. Gloss. Isid. Fertores, fertio libantes. ||
Fertum, i. pro libri genere, vide *Fertum*.

Fervēo, vel *ferbeo*, es, *fervi*, vel *ferbui*, à φέρω. || quod & antiquis *feruo*, item *ferbeo*. || Igne supposito caleo, ebullio. } קבץ *rathach*, זיו. GALL. *Boüillir*. ITAL. *Bollire*. GERM. *Heiß sein / siedig sein*. HISP. *Hervir, bullir*. ANGL. *To seet, to be chaufed*. } Inde aqua propriè fervere dicitur, quum vi ignis commoveretur & agitur: quod etiam bullire dicimus. ¶ Transfertur tamen ad ea, quae quovis modo calefiunt, sive aliquo aestu agitantur. Sic vinum fervere dicimus, quod ex musto transit in vinum. Plin. lib. 14. cap. 9. Medium inter dulcia vinum est, quod Graeci *ἀγλυκός* vocant, hoc est, semper mustum. Id evenit cura, quoniam fervere prohibetur; sic enim vocant musti in vina transitum. Sic etiam mare fervere dicitur, quum aestu & fluctibus agitur: unde & fretum appellatum volunt. Ovid. 11. *Metam.*

— *pontus vertigine fervet.*
 ¶ Fervere opus dicimus, dum studio & diligentia elaboratur. Hominem quoque ira, odio, aut calore fervere dicimus, dum ira, aut odio, aut calore incensus est. Cic. pro Quintio, Usque eò fervet ferturque avaritia, ut de suis commodis velit aliquam partem admittere, ne quam partem huic propinquo suo illius ornamentum relinquat. Horat. 1. *Epist.* 1.

Pectus avaritiā miserāque cupidine fervet,
 Ovid. 2. *Metam.*
 — *utque animus tumida fervebat ab ira,*
Arma assueta capit.

Martialis.
 — *fora litibus omnia fervent,*

¶ Hujus contrarium est *Defervere*, quod est mitescere & placidum fieri, seu à calore deficere. Composita à *ferveo* sunt *Deferveo*, *Efferveo*, *Reserveo*. A quibus *Defervesco*, & *Reservesco*. Vide suis locis.

Fervēns, participium, quod bullit, aut calidum est. { קבץ *rothach*,

זיו, זעמס, בעזז. GALL. *Boüillant*, fort chaud, fervent. ITAL. *Bogliente*, calidissimo. GERM. *Siedend*. HISP. *Cosa herviente à que hierve*. ANGL. *That seethed, mery hoat*. } Plin. lib. 7. cap. 2. Feruntque ictas saliva, ut ferventis aquae contactum fugere. Plaut. *Curt.* sc. 2. a. 4. Quasi aquam frigidam ferventem ita esse putatis leges. Idem in *Amph.* Facere aliquem ferventem flagris. Idem *Capt.* sc. 1. a. 4. Epulas fovere focalis ferventibus. ¶ Migrat interdum in nomen, admittitque comparationem. Horat. 1. *Serm. satyr.* 10.

Quale fuit Crassi rapido ferventius amni Ingenium.

Columella lib. 12. cap. 59. Ad praesidium aquae calidae curritur, sed id non ferventissima fieri oportet. Cic. 1. *Officiorum*, Nam fortis animus & magnus in homine non perfecto, nec sapiente ferventior plerumque est.

Fervētēr, adverbium, vehementer. { קבץ *rathach*, קבץ, זעמס. GALL. *Fervement*, ardemment. ITAL. *Ardentemente*. GERM. *Hitziglich*. HISP. *Hervientemente*. ANGL. *Hately, earnestly, hastily*. } Caelius *Ciceroni*, Quod Pilius necessarius Attici nostri de repetundis cum postulavit, magna illico fama surrexit, & de damnatione ferventior loqui est coeptum.

Fervēscō, is: *Ferveo*. { GALL. *S'échauffer, devenir chaud, commencer à boüillir*. קבץ *rathach*. ANGL. *To boyle over*. } ut, Tertae fervescunt sole. Lucret. lib. 6. Ventus mobilitate sua fervescit. Apud eundem. Plaut. *Capt. sc. ult. a. 4.* Possentne feriae fervescere?

Fervo, is, ui, ejusdem significationis est cum *ferveo*. { קבץ *rathach*, קבץ, זעמס, בעזז. GALL. *Boüillir*. ITAL. *Bollire*, GERM. *Heiß sein / siedend*. HISP. *Hervir*. ANGL. *To seeth, to be chaufed*. } Propert.

Incipit & sicco fervere terra cane.
Gellius lib. 2. cap. 29. Dominus quos rogaverat operitur, sol feruit, & sit nihil. Terentius in *Adelph.* Ego illius sensum pulchre calleo, quum feruit maximè, tam placidum, quam ovem reddo. Virg. 3. *Georg.*

Omnia tunc pariter vento, nimbisque videbis Fervere.

Fervēscō, is: ut *ferveat* efficio. { קבץ *rithach*, קבץ, זעמס. GALL. *Faire boüillir*. ITAL. *Far bollire*. GERM. *Sieden machen*. HISP. *Hazer hervir à bullir*. ANGL. *To cause to seeth, to mak scaldinth hoate*. } Cato de re rust. Et portionem polentae eidem addito, & oleum *fervefacito*. Idem cap. 123. Eam *fervefacito* cum congio vini veteris. ¶ *Fervefacio*, pro *calefacio*. Plaut. *Pseud.* Ea ipsa se patinae *fervefaciunt* illicò. *Fervefacta* jacula. Caes. 5. *bell. Gall.* ¶ Hinc componitur *infervefacio*, quod est, in re aliqua operam do, ut quid *ferveat*. Cato, Sumito brassicam, conjicito in aquam ferventem, coquito paulisper, uti suberuda sit: postea aquam defundito, non omnem: eò addito oleum benè, & salem, & cumini paululum, *infervefacito* paulisper.

Fervūdūs, a, um: *Fervens*, maximè calidus, ardens. } קבץ *rathach*, קבץ, זעמס. GALL. *Fort ardent, & brûlant, boüillant*. ITAL. *Bollente*. GERM. *Heißsiedentig*. HISP. *Cosa herviente à que hierve*. ANGL. *Scalding hoat*. } Plin. lib. 13. cap. 4. Nulla est in Italia sponte genita, nec in alia parte terrarum, nisi in calida: frugifera verò mi-quam nisi in fervida. Cic. de nat. deor. Jam verò reliqua quarta pars mundi, ea & ipsa tota natura fervida est, hoc est, ardens maximè. Ovid. *Eleg.* 10. lib. 3. *Trist.*

Nec cumulant altos fervida musta lacus.
 ¶ Ponitur & translata pro vehementi, feroci, diligenti. Liv. 7. *bell. Pun.* Quum toto eo bello damnosa, praepropera, ac fervida ingenia Imperatorum fuissent. Et Cic. de clar. Orat. Appii Claudii volubilis, sed paulò fervidior erat oratio. Hinc fermentum dictum est, quod fervendo crescat.

Fervidē, Adverbium. { קבץ *rithach*, קבץ, זעמס. GALL. *Fervement*, ardemment. ITAL. *Ferventemente, ardentemente*. GERM. *Hitzig mit djo*. HISP. *Hervientemente*. ANGL. *Hoatlie, ardentlie*. } Plaut. *Trucul.* Fervidè ut tota floret, ut oleum nitidè nitet.

Fervōr, is: Calor vehemens, qualis est ignis, vel Solis aestus. } קבץ *chom*, זעמס. GALL. *Ardeur, ferveur, grande chaleur*. ITAL. *Bellone, ardore, fervore*. GERM. *Hitz*. HISP. *Hervor, obra de hervir*. ANGL. *A burning heat or vehemencie*. } Plin. lib. 11. cap. 31. Inde furantur aestivo fervore aurum erutum à formicis tempore hyberno. Horat. 1. *Carm.* Ode 16.

— *me quoque pectoris Tentavit in dulci juventa Fervor, & in celeres iambos Misit furentem.*

Lucret. lib. 5.
 — *nimiis torret fervoribus atherius sol.*
Maris fervor. Cic. de Prov. Consul.
 — *siccis aer fervoribus ustus.*

Ovid. 1. *Metam.* ¶ Fervor, ut arbor pro aethere, vide in *Ardor*.
Ferūla, a, à feriendo. Baculus, sive virga quae puerorum manus feriuntur, unde & nomen habet: quanquam sint qui à ferendo malint deducere, quod propter levitatem senes ferula pro scipione solent uti. { קבץ *schobéh*, זעמס. GALL. *Baguette, verge*. ITAL. *Bacchetta, sferza*. GERM. *Ein stab / steck oder rugt*. HISP. *Cayado à palmatoria*. ANGL. *A rodde to strike children on the palme of ther bandes*. } Suet. in *Calig.* cap. 20. Objurgare scripta mala ferulis. Juven. *Satyr.* 1.

Et nos ergo manum ferula subduximus.
Martial. lib. 10.
Ferulaque tristes scoprapadagogorum Cessent.

Columell.
Nec manibus mites ferulas.
 Item,
 — *ferulaque minaces Plantantur.*

Græcè *ἀγλή*: & per diminutionem *ἀγλήκιον* dicitur. Inde apud Platonem in *Phaedone*, *ἀγλήκιον*, ministri Bacchi, quasi feruligeri nominantur. Baccho enim ferula assignantur, quae a finis grata sunt in pabulo. Ideo a finis grata hostia Baccho cadit. Seneca in *Apocolocyntosis*,

Jocynthefi, Et proximo munere inter novos auctoratos ferulis vapulare placet. Martial.

Denique videri ante delectet contra retiarum ferula.

Ferula annumerata est inter externos frutices à Plinio: lignum corticis loco habet, ligni autem loco fungosam intus medullam, quemadmodum caulis feniculi, quamvis in multo majorem altitudinem, & crassitudinem excresecat. Nascitur in locis calidissimis, & vix alibi quam in Africa. Nulli fruticum levitas major, ob id gestata: facilius baculorum usum senectuti præbet. Col. li. 5. In quo serobe destinantur semes ferulæ, terram minutam in modum semina ponito, ibique semes ferulæ jacito: quum ferula fuerit enata, eam findito, & in medulla ejus nucem Græcam, vel avellanam abscondito. Frangere ferulas dicitur is in quo ferulæ franguntur. Juvenal. Satyr. 6.

hic frangit ferulas, rubet ille flagellus.

Ferulacæus, a, um: μαράκινος. Plin. lib. 18. At milium & paniculum in culmen geniculatum & concavum: zizania verò in ferulaceum scilicet fastigiatur.

Ferulæ, sylvestris raphia. Dioscor. lib. 4. cap. 159. Ferulæ descriptionem lege apud Dioscor. lib. 3. cap. 75. Plin. lib. 13. cap. 22. lib. 20. cap. 22. & lib. 14. cap. 1.

Ferulago, raphia Diosc. lib. 4. cap. 152.

Ferūs: vide Fera.

Fescennini versus, aut author est Festus, qui canebantur in nuptiis. Carminis genus erat omni obscenitate & flagitio plenum, ita dictum quod ex Fescennia urbe primum fuerit allatum, sive quod fascinum arcere putabatur, quasi fascinum. Macrob. lib. 2. Sat. Temporibus Triumviralibus Pollio, quum fescenninos in eum Augustus scripsisset, ait: At ego taceo, non est enim facile in eum scribere, qui potest proferbere.

Fescennia, teste Plin. lib. 3. cap. 5. Hetrurix civitas est, cujus populi originem trahunt ab Atheniensibus. { Ein statt in Hetruria jenz Castelsano gen antt. }

Fescenninus, a, um. Virg. 7. Æneid.

Hi Fescenninas acies, equosque Faliscos.

Fescennina clausibilis vallatio circa castra. Gloss. Isid. Vulcanus legit fascina, tanquam à falce dicatur.

Fescum, seu Viseum, Viseo. V. E. Lusitania, olim & nunc sub A. Bracarenfi.

Fesnoe vocabantur, qui depellere fascinum credebantur. Fest. Scalliger legit, fascinoë, i. e. fascini, ut olim oë erat pro i, populoë, pro populi.

Fessus, a, um, à fatisco. Fatigatus: & tam ad animum, quam ad corpus refertur, author est Valla lib. 4. Eleg. de quo in dictione Deseritior. { מרבה נילה, נעו יאהפ. כממנה, אנונה. } GALL. Lassé, travaillé, qui n'en peut plus. ITAL. Stanco, laso, stracco. GERM. Ers müdt. HISP. Cansado. ANGL. wedried, tyrod. } Virg. 1. Æneid.

Tum Cererem corruptam undis, Cerealiaque arma Expediunt fessi rerum.

Ubi Servius, fessi rerum, hoc est, penuria fatigati. Idem 2. Eclog.

Thestylis & rapido fessis messoribus astu

Allia, serpyllumque herba contundit olentes.

Plin. lib. 7. cap. 52. Puerum astu & itinere fessum. Ovid. 13. Metam.

fessum senilibus amnis.

Idem Eleg. 1. lib. 3. Trist.

Da placidam fesso, Lector amico, manum.

Festino, as, à festum: quia celeritas hinc requirebatur. Hinc Confestim. Propeto, maturo, celero, accelero. { מהר מהר, חפז חפז. } GALL. Se haster, s'avancer, diligenter. ITAL. Affrettare, affrettarsi. GERM. Eilen. HISP. Apresurarse, darse priessa. ANGL. To mak haste, to speede. } Quid sit, & unde, & quid differat festinare à properare, docet Gellius cap. 14. lib. 16. Plaut. Aul. sc. 3. a. 3. Coquite, facite, festinate. Idem Asin. sc. 3. act. 3. Qui nunc festinat, atque ab ea minatur abire. Virg. 2. Æneid.

Festinate viri: nam qua tam sera mutatur Segnities?

Plin. de viris illustr. Sed quum ad Camerinam ab hostibus obsessam festinaret, à Pœnis in angustis clausus est. Plaut. in Asin. Remigio, veloque quantum poteris, festina, & fuge. { Item pro Festinanter conficere. Ovid. 11. Metam.

Et jam quas induat illa

Festinat vestes.

Sic Virg. 4. Æneid. dixit festinare fugam. { Cum infinitivo. Plin. lib. 9. cap. 8. Solùmque locum pandendis retibus habilem effugere festinant. Quint. lib. 9. cap. 4. Finem imponere aggresso destinatum modum volumini festino. } Interdum festinare est trepidare, & turbare. Salust. Festinantibus in summa inopia patribus. Ter. in Adelp. Quid festinas, mi Geta? animum recipe. Idem in Eunucho. Quid istuc? quid festinas? aut quem quæris Pythia?

Festindor, atis, passivum. Tacit. de moribus Germ. Nec virgines festinantur, id est, citò ad conjugium arripiuntur.

Festinatūs, participium. { ממהר מהר, מהר מהר. } GALL. Hasté & avancé, fait en haste. ITAL. Affrettato. GERM. Geilt. HISP. Apresurado, aquezado. ANGL. That is doone in haste, hasted. } Plin. in Paneg. Quinimò festinatis honoribus amplificat, atque auget, & majoribus suis reddit. Tacit. in vita Agricola, Ita festinatae mortis grande solatium tulit.

Festinatio, Properatio. { ממהר מהר, מהר מהר. } GALL. Hasté, empressement, diligence, promptitude. ITAL. Velocità, fretta. GERM. Eilung, eil. HISP. Priessa à quexura. ANGL. Hastiness, speediness. } Cic. pro Milone, Quæ causa, cur Romam properaret? cur in noctem se conjiceret? quid afferebat festinationem. Col. lib. 11. cap. 2. Quò cautior villicus vel abstinere possit operibus, vel festinationem adhibere.

Festinantēr, adverbium: Celeriter, & citò. { מהר מהר, מהר מהר. } GALL. Hastivement, en diligence, soudainement. ITAL. Frettolosamente. GERM. Eilend, schnell. HISP. Apresuradamente. ANGL. with speede, hastelie, quickelie. } Cic. 5. de finib. Illud mihi à

te nimium festinanter dictum videtur, Sapientes omnes esse beatos. { Festinantius. Suet. in Aug. cap. 29. Festinantius publicaturam caurumque est. Plin. lib. 17. cap. 11. Quia festinantius germinant. Tacit. lib. 15. in principio, Occulto præcepto compositus cuncta, quam festinantius agerent, quippe bellum habere, quam agere maliebant.

Festinatō, adverbium à festinatus. { מהר מהר, מהר מהר. } GALL. Hastivement. ITAL. Frettolosamente. GERM. In eil. HISP. Apresuradamente. ANGL. Hastelie, with speele. } Plin. lib. 18. cap. 10. Quod nihil festinatō peragatur, lurido colore mucescere. Quint. lib. 4. cap. 2. Quàm nihil properatō, nihil festinatō fecisse videtur Milo. Sueton. in Cas. cap. 16. Festinatō coactus senatus. Col. lib. 1. cap. 6. Ubi ligna caesa festinatō siccantur.

Festiniūs: Celer, properans. { מהר מהר, מהר מהר. } GALL. Hastif, soudain, prompt, diligent. ITAL. Veloce. GERM. Eilend. HISP. Presto y pressuroso. ANGL. Hastie, quicke or speedie. } Cic. Attic. lib. 19. Festino enim simillimus decuro, atque in decursu hinc inde commentari non desino. Ovid. 11. Metamorph.

— cursu festinus anhelō

Advolat amenti custos Phocæus Anctor.

Festine, adverb. { מהר מהר, מהר מהר. } GALL. En haste, promptement. ITAL. Frettolosamente. GERM. Eilend, sur. HISP. Apresuradamente. ANGL. Hastelie, quickelie. } Cic. Attic. lib. 4. Si quid fortè de Republica (soles enim tu hæc festine odorari) scribas ad me.

Festivitas, festivitatis: vide Festus.

Festra: Ostium minusculum in sacratio, ab fenestra per detractionem mediæ syllabæ. Festus.

Festuca, a, à festum. Minima quæque res, & levissima. { פסטה, פסטה. } GALL. Un festu, un jetton & seion d'arbre. ITAL. Ramuscelle, festuca. GERM. Ein ägel, stupel. HISP. La paja à palillo à cosa semejante. ANGL. A festu, a greasse or yonge sette of a tree. } Col. lib. 8. cap. 15. Per festucas, surculique in aviariis passim spargendi sunt. Plin. lib. 19. cap. 10. Fœminam coitum fugere, donec mas festucam aliquam imponat aversa. { Festuca, virga Prætoria quæ imponebatur servo, quem dominus apud Prætozem manumittebat: unde & vindicta dicebatur, quod eâ in libertatem vindicaretur, ut colligi potest ex Plutarchi libello, quem de Sera numinis vindicta inscripsit. Plaut. in Milit. Quid ea? ingenua, aut festuca facta? serwa, an libera est? Perf. Sat. 5.

Non in festuca licet quam jactet ineptus.

Ne move festucam, μη κινεσθαι κινε. Proverbium, ubi quis omnis strepitus impatiens est.

Festucarius, adjectivum. { καρφαλίος, καρφαλίος. } GALL. De festu, de jetton. ITAL. Di ramuscello, di festuca. GERM. Das von der ägel ist. HISP. Cosa de paja à palillo. ANGL. Of a festu or younge sette. } Gell. cap. 9. lib. 30. Idcirco Ennius significare volens bellum, non ut ad Prætozem solitum est, legitimis actionibus, neque ex jure manu confertum, sed bello, ferroque, & vera vi, atque solida: quod videtur dixisse, conferens vim illam civilem, & festucariam, quæ verbo diceretur, non quæ manu fieret, cum vi bellica, & cruenta.

Festus, ab ista, dea quæ ab Hebræo Esch dicta, vel ab ισχυρ. Domitiani aëna, qui dum mentagra usque ad desperationem laboraret, gladio se trajecit: prius tamen amicos consolatus. Ejus mortem Martial. lib. 1. descripsit.

Festus, a, um: Dies festus, feriatu, ferix. { ἱερῆς, ἱερῆς. } GALL. Festé, célébré, solennel. ITAL. Festa, di festivo, di festa. GERM. Feiertaglich / zu einem fast gehörend. HISP. Cosa de festa que es de guardar. ANGL. A festivall day when one maketh good cheere. } Unde festi dies, in quibus vel sacrificia diis offerebantur, vel epulationes celebrabantur, vel ludi in honorem deorum agebantur, vel ferix observabantur. { ἱερῆς. } Plaut. in Aul. sc. 5. a. 2. Festo die si quid prodegeris, profesto egere liceat, nisi peperceris. Virg. 1. Georg.

Quippe etiam festis quadam exercere diebus Fas & jura sinunt.

Idem lib. 6. Æneid.

— festosque dies de nomine Phæbi

Instituam.

Senec. cap. 15. lib. 5. de tranq. Per ludos & festa tempora tripudiar. Ovid. Eleg. ult. lib. 4. Trist.

Hæc (dies) est armigera festis de quinque Minerva.

Festum solenne. Idem 2. Fast.

Forte jovis Phæbus festum solenne parabat (Mox, pia sacra.)

Idem 3. Fast.

Idibus est Anna festum geniale, &c.

Hujus compositum & contrarium est Profestus: ut, Profesti dies, qui hominibus ad rem vel privatam, vel publicam administrandam concessi erant. Quandoque festus dicitur, ad festum diem pertinens: ut, Festæ frondes, quæ festis adhibentur.

Festatus est semper Dialis. Gell. cap. 15. lib. 10.

Festivus, a, um, à faudo: Lepidus, urbanus, facetus. { γλή, γλή. } GALL. Plaisant, joly, recreatif. ITAL. Piacevole, faceto. GERM. Lustig, lieblich. HISP. Cosa bien criada y donasa. ANGL. Pleasant in talk mirie, pretie. } ut, Festiva oratio, dictum festivum. Cic. li. 1. Offic. De Græcis dulcem & facetum, festivique sermonis. Plaut. Pseud. se. 1. a. 5. In festivo loco festivè accepti sumus. Idem Cure. se. 1. a. 1. Festiva fores, supra bellissimum ostium. Ibid. Aperiuntur aedes festivissimæ. Plaut. in Milit. se. 6. a. 2. Nimium festiva mulier operam præbuit. Terent. in Adelp. O mi pater festivissime. Quidam etiam festivum pro festo accipiunt, sive ad festum pertinente: ut, Festiva gaudia. In hac tamen significatione apud veteres non invenies. Festiva veste indutus. Interpret Juvenal.

Festivè, adverbium: Bellè, facetè. { ἡδονή, ἡδονή. } GALL. Plaisamment, joyusement, jolyment. ITAL. Piacevolmente, allegramente. GERM. Lieblich / holdseliglich. HISP. Con buena criança y donayre. ANGL. Toyfully morely. } Cic. ad Quint. frat. lib. 2. Quamquam à te actam fabellam video esse festivè, nullo modo probavi. Idem

Idem *ad Att. lib. 4.* Soles enim tu hæc festivè odorari.
 Festivè, adverb. *πεπνῆς*. Festivè. Gell. *lib. 1. cap. 2.* Severè simul ac
 festivè se junxit. Item Nævius apud Nonium, Domus parata festi-
 viter.
 Festivissimè, *πεπνῆστῆς*. Gell. *lib. 8. cap. 5.* Atque ibi Julianus festi-
 vissimè, nolite quærete, inquit, quid sentiam.
 Festivitas, atis: Lepor, & urbanitas sermonis. *ἡ γὰρ ἁπλ. ἀρεῖος, ἀ-
 τασπία*. GALL. *Plaisance, joyeuseté, jolyveté, recreation.* ITAL.
Piacerevolezza, gentilezza. GERM. *Steblichkeit / holdseligkeit.* HISP.
Aquella buena crianca y donayre. ANGL. *Mirth joy fulness, jolytye.*
 Sueton. *in Calig. cap. 7.* Insigni festivitate puer. Author ad Heren.
lib. 1. Illud genus narrationis quod in personis positum est, debet ha-
 bere festivitatem. Cicer. *de Clar. orat.* Festivitate igitur & facetiis,
 inquam, C. Julius, L. F. & superioribus & æqualibus suis omnibus
 præstitit. Plaut. *Capt.* Lucrum, ludum, iocum, festivitatem, ferias,
 &c. Terent. *Eunuch.* An fortunam collaudem, quæ gubernatrix
 fuit? An mea patris festivitatem, & facilitatem? Festivitates vocum.
 Gell. *cap. 1. lib. 5.*

Fesulæ, arum. Olim Hetruriæ insignis civitas fuit: hodie modicus vi-
 cus non procul à Florentia: conditam autem volunt ab Atlante
 Mauritanæ rege.

|| Ferialis: vide *Fecialis*.

Ferutina. Non. *cap. 1.* Moletrina à molendo, quod pistrinum dicimus:
 ut feratrina, ferutina, videtur esse locus fœtidus. || Vide *Facutinus*.
 Alii legunt *Feratrina*: alii *Scatrina*, quæ omnia ignota sunt.

Fœdum, fœdum, à fide, seu fidelitate, aut fœdere dictum: sive, ut alii,
 à Longobardico & Italico *fede*, vel *faide*, aut *pheden*, seu Germa-
 nico *Fæd* & *Dogthey*/præfectura. Barbarum vocabulum à Gortis or-
 tum, quo significatur genus clientelæ, quo vel dignitas, vel vesti-
 gal, vel prædium aliquod ea lege alicui datur, ut ipse, & ipsius po-
 steri atque hæredes beneficii authorem perpetuè agnoscant, & qua-
 si pro patrone colant: ejusque caput, existimationem, & fortunas
 tucantur.

F I

Fi, imperativus ex *fi*: sed rarus. Plaut. *Curr. 1. 1.* Fi mihi obsequens.
 Fite mihi volentes propitiæ. Horat. *2. Sat. 5.*

— si cognitor ipse.

Fi si, vocula, quæ fœtidus abigimus: vide *Fu*.

Fiatola, piscis marinus. Rondel.

Fibebella, lumina, Solis ortus, vel Lunæ. Pap.

Fiber. Varro *lib. 4. de L. L.* Fiber, ab extrema ora fluminis dextra & si-
 nistra, maximè quod solet videri, & antiqui fibrum dicebant extre-
 mum; unde & in sagis extrema sumpria, & in jecore extremum fibra.
 Hinc fiber dictus. Ergo

Fiber, a, um: est adjectivum, i. e. extremus. ¶ Et fiber, substant. animal.
 aliàs castor. ¶ GERM. *Biber*, sicut alix gentes hanc vocem ferè reti-
 nent, levi tantum mutatione: ut ITAL. *Bévaro*. HISP. *Biverio*.
 GALL. *Bièvre*. ¶ Ratio nominis est, quia fibra, id est, extremitates
 amnium colit. Vide paulò antè *Fiber*. ¶ Est & fiber, genus vespræ
 quadrupes incitatissimum, teste Festo. Plaut. Sic me subis quotidie,
 quasi fiber salicem.

Fibrinûs, a, um: Plin. *lib. 17. cap. 28.* Fibrina pelle detergunt.

Fibræ, arum: Fibra, a, à sine. Nam in sagis, & extis, extrema dicuntur
 fibræ. Omnium extremitates rerum. Ab antiquo adjectivo Fiber, a,
 um, quod idem erat quod extremum, Varr. teste *4. de ling. Lat.* fa-
 ctum, ut arbitror, à verbo finio, eodem modo quo à tumco, tuber, à
 suo, suber, à cræco, craber. ¶ *ἴναι, λοβοί*. GALL. *Petites veines & me-
 nues comme cheveux, petits filets, extrémités de toutes choses.*
 ITAL. *L'estremità di tutte le cose.* GERM. *Der dufferste theil eines jedes*
*dings als an der leber die zäseln/ an blettern die aderlin so dadurch ge-
 hen/ an den wurtzeln/ die kleinen wurtzeln wie haar/ &c.* HISP. *La par-
 te cabera de todas causas.* ANGL. *Small veines like beares, or the*
bordes of any thing. ¶ Unde & iecoris, & cordis, & cujusunque vis-
 ceris extremæ partes, fibræ dicuntur. Suet. *in August. cap. 95.* Ab
 ima fibra replicata iecinora patuerunt. Virg. *lib. 6.*

— nec fibris requies datur ulla renatis.

Et Celsus pulmonis fibras nominat, *lib. 4. cap. 1.* Pulmo spongio-
 sus, ideòque spiritus capax, & à tergo spinæ ipsi junctus, in duas fi-
 bras unguis bubulæ modo dividitur. Plin. *lib. 11. cap. 37.* Marium
 jecusculis fibræ, ad numerum Lunæ dierum in mense congruere di-
 cuntur, totidèmq; inventi. Quin & minuta radicem in arboribus
 herbisque capillamenta, hoc nomine appellantur, *ins.* Idem *lib. 17.*
cap. 10. de arborum sationibus ait, solum eligi oportere quàm ma-
 ximè rimosum, ne penetrans sol exurat fibras. Virg. *1. Georg.*

— & amaris intuba fibris.

Columella *de allio*. Quum ternas, inquit, fibras emiserint spicæ, sat-
 riantur. Idem *lib. ult. de rapis*, Post tertiam diem mediam fibræ
 rapi gustato, si receperit salem. Cicer. *1. de Divinat.* Similiter quid
 fissum in extis, quid fibra valeat, accipio: quæ causa sit nescio. Per-
 sius *Satyr. 1.*

— nec enim mihi cornea fibra est:

id est, non sunt ita dura præcordia, ut laudis amore non capiar, in-
 quit Budæus. Idem *Satyr. 5.*

— Quod latet arcana non enarrabile fibra.

|| Fibella, parva fibra. ||

Fibratûs, a, um: adjectivum. *ἡ ἰώδης*. ANGL. *That hath small things*
lik beare, as in onyons. ¶ ut, Fibrata radix cepatum modo. Plinius
lib. 25. cap. 5.

Fibulæ, a, à figo, fixum, ut à fatum fabula. Propriè ornamentum cingu-
 li ad vestem subligandam. *ἡ γὰρ χόβηχ. πόννη, πόννη*. GALL. *Une*
boucle, ou agrafe. ITAL. *Fibia*. GERM. *Ein hafft/ das beschleech an einem*
gurtel. HISP. *La hevilla de la cinta d vestidura.* ANGL. *A buckle or*
classe. ¶ Virg. *1. Æneid.*

— Aurea purpuream subnectit fibula vestem.

¶ Ponitur quandoque pro circulo æneo quo adolescentulorum viri-
 lia solent coërceri, conservandæ vocis gratia, quæ ex veneris usu de-
 bilior reddi solet, & asperior. Solet etiam hujusmodi fibula Comæ-
 dorum, Histriónumque pudendis adhiberi, quod illi potissimum

hominum generi vocalitas sit necessaria. Mart. *lib. 7.*

Menophili penem tam grandis fibula vestit,

Ut sit Comædis omnibus una satis.

Die mihi simpliciter, Comædis & Citharædis

Fibula quid præstat?

Hinc deducitur verbum Fibulo, & ejus compositum Infibulo, hoc
 est, circum æneum peni induco. Item, Refibulare, hoc est, fibulam
 hujusmodi solvere. Vide plura de fibula apud Corn. Cels. *lib. 7.*
cap. 25. Col. *lib. 6. cap. 5.* de bobus sic habet: Ænea fibula pars au-
 ricularæ latissima circumscribitur: ita ut manante sanguine, tanquam
 o literæ ductus appareat orbicularis. In emendationibus exemplaribus
 fibula legitur, non *fibula*. Aurea fibula donabantur antiquitus mi-
 litès. Liv. *27.* Tum puero anulum aureum, tunicam lato clavo, cum
 Hispano sagulo & aurea fibula, equumque ornatum donat. Idem *9.*
bell. Maced. Quintius alter Prætor suos equites catellis, ac fibulis
 donavit. ¶ Fibulæ item in ædificiis dicuntur ferramenta, quibus ti-
 gna conjunguntur. Cæs. *4. bell. Gall.* Hæc utraque insuper bipedalibus
 trabibus immisissis, quantum eorum tignorum junctum distabat,
 binis utrinque fibulis ab extrema parte distinebantur. Ab hoc no-
 mine dicitur Suffibulum, vestimentum album, prætextum, quadran-
 gulum, oblongum, quod in capite Vestales sacrificantes habebant,
 idque fibula comprehendebatur.

Fibulo, as, are: Fulcire, conjungere. *ἡ χιββέρ, χιββί, χιββί, χιββί,*
ἰμπερπείν. GALL. *Boucler, agraser, conjoindre avec une boucle ou*
agrafe. ITAL. *Affibiare*. GERM. *Zusammen haften / den ring einhan.*

HISP. *Poner hevilla, ayuntar.* ANGL. *To buckle or fasten together.* ¶
 Colum. *lib. 1.* Omnesque parietum & soli juncturæ testacis pulvi-
 nis fibulantur: quoniam ferè his partibus ædificia rimas egerunt,
 cava præbent, ac latebras subterraneis animalibus. ¶ Hujus com-
 posita sunt, Confibulo, diffibulo, refibulo, & infibulo. Est autem in-
 bulare, super glandem penis fibulam, hoc est, circum æneum in-
 ducere: quod fiebat duabus de causis, vel vocis servandæ gratiâ, vel
 valetudinis, id quod jam dictum est. Vide de hoc Corn. Cels. *lib. 7.*
cap. 25. Refibulare, est fibulam tollere, sive solvere. Mart. *lib. 7.*

— Et cujus refibulavit turgidum jaber penem.

Idem significat Diffibulare. Papinius,

— Emicat & torto chlamydem diffibulat auro.

Ficariûs, vide *Ficus*.

Ficedula. *ἡ σικαλίς, Hesychie κικίς*. GAL. *Rousette, Becquefigue.* ITAL.
Beequefigo, Piccascio. GERM. *Ein schnepf.* HISP. *El tordo, d ave ti-
 medora de bigos.* ANGL. *Anightingale, a birde that eateth figes.*

Avis est, luscinæ colore ac magnitudine similis. Ficedula autem
 & Aticapilla vicibus commutantur. Fit enim incunte autumno fi-
 cedula: ab autumno protinus atricapilla, nec inter eas discrimen
 nisi coloris ac vocis. Plin. *lib. 10. cap. 29.* Alia ratio ficedulis. Nam
 formam simul colorèmq; mutant. Hoc nomen nonnisi autumno
 habent, postea Melancoryphi vocantur. Atricapilla, melancoryphus.
ἡ μελακόρυφος. GALL. *Pivoine.* ITAL. *Caponero.* ¶ Gapsifuscula: in
 Creta *Melanocephalo*. Festus, Melancoryphi, genus avium, quæ La-
 tinè vocantur Atricapillæ, eo quod summa earum capita nigra sint.
 Est & ficedulæ sylvestris species, *αἰγυλάς*. Aristophani: Lotharin-
 gis vulgò *Tarier*. Rursus ex ficedulis ficedula torquata, *αἰγυλάς*
 Aristophani.

Ficedulenses. Plaut. *Capt. sc. 3. a. 1.* Ficedulensibus opus militibus.

Fictura, sectura. Fortè *fissura*.

Ficûs, à *σῦκον*. *ἡ ταννάβ*. GALL. *Figue.* ITAL. *Fico.* GERM. *Ein*
seige. HISP. *Higo, fruta.* ANGL. *A figge.* ¶ Tria omninò significat,
 fructum scilicet notissimum, quem Græci *σῦκον* vocant: deinde ar-
 bore ipsam quæ hunc fructum profert, quam illi *σῦκον* appellant:
 tertio ulceris genus in locis pilosis nascens, à similitudine fici fru-
 ctus ita appellatum. Pro hac significationum varietate diversa ha-
 bet genera & declinationes. Nam quum pro fructu accipitur, tam
 secundæ declinationis est, quàm quartæ. In secunda tamen declina-
 tione tam masculini generis est, quàm fœminini, in quarta verò solum
 fœminini generis. De secunda declinatione hæc erunt exempla, Suet.
in August. cap. 7. Ficos virides biferas maximè appetebat, vesceba-
 tûrque & ante cœnam. Plin. *lib. 16. cap. 26.* Fici mirabiles sunt, &
 abortivi, qui nunquam maturescunt. Macrobi. *lib. 3. cap. 10.* Grossi
 appellantur fici qui non maturescunt. Quanquam Plinii lectio hodie
 sic habet: In ficis mirabiles sunt & abortivi qui nunquam ma-
 turescunt. Item apud Macrobius hodie sic legitur, Grossi appellan-
 tur fici quæ non maturescunt. Et (ut ingenue quod sentio, proferam)
 nulla, aut certè paucissima de genere masculino possunt adduci testi-
 monia: hisce præsertim duobus locis immutatis, quibus maximè
 innitebantur qui in masculino inveniri asserunt. Valla tamen in se-
 cunda declinatione tam masculinum, quàm fœmininum esse credit:
 quod etiam ex hoc apparet, quod hoc nomine pro morbo, qui à fru-
 ctus similitudine dictus est, in masculino genere utamur. Huc acce-
 dit diminutivum, Ficulus, quod quum sit masculini generis, vide-
 tur ipsum etiam primitivum ejusdem esse generis. Solent enim ferè
 semper diminutiva ejus esse generis, cujus sunt primitiva: quan-
 quam hoc nonnunquam fallat. Quicquid id est, frequentius certè
 fœmininum est, ut apud Varr. *lib. 1. de re rust. cap. 41.* Fici (inquit)
 semen naturale intus in ea fico quam edimus. Et paulò post, Tum
 enim testiculos per ficos quas edimus, maturas perferunt, & eas
 quum inaruerint, complicant. Plin. *lib. 15. cap. 18.* E reliquo genere
 pomorum ficus amplissima est. De quarta declinatione etiam fre-
 quentia occurrunt exempla. Juven. *Satyr. 14.*

— si vis aliam decerpere ficum.

Martial.

— Res mira est, ficus non halet unus ager.

¶ Ficus pro arbore, gen. fœm. est, & secundæ, vel quartæ declina-
 tionis. *ἡ σῦκή*. GALL. *Figuiier.* ITAL. *Fico.* GERM. *Ein feigenbaum.*
 HISP. *La higuera, arbol.* ¶ Plin. *lib. 16.* Quidam brevitate radicum
 senescere celerius arbores putant: quod coaruant fici, quatum sa-
 dices longissimæ sunt, & senectus ocyssima. Juven.

— ad qua

— Discutienda valens sterilis mala robora fici.

Cic. de Orator. per quartam declinationem inflexit. Cui quum familiaris quidam quereretur, quod diceret uxorem suam suspendisse se de ficu: Amabo te, inquit, da mihi ex ista arbore quos seram surculos. Ficus pro morbo masculini generis, & secundæ declinationis, & aliter marisca, Germanis Feigwartz, quasi verruca fici: est tuberculum in ano ad fici similitudinem. Martial. lib. 1.

Dicemus ficos Cacialiano tuos.

Sunt qui hoc loco ficus, quarta declinatione legant. Nascitur hoc vitium ferè in capite, tum in capillo, tum in barba, & locis obscænis, quæ pilis integuntur. Celsus lib. 6. cap. 3. Est etiam ulcus, quod à fici similitudine ούκων à Græcis nominatur. Cato excrescit: & id quidem generale est. Sub eo verò duæ species sunt; nam alterum ulcus durum & rotundum: alterum humidum & inæquale. Ex duro exiguum quiddam & glutinosum exit: ex humido, pus mali odoris, fitque in his partibus quæ pilis conteguntur: sed id quod humidum, præcipuè est in capillo, atque ano ex attritu quem cinædi patiuntur. In ficornum genere sunt Chalcidicæ, Chiæ, purpureæ, chelidonæ, matiscæ, callistruchicæ, Livicæ, Libysscæ, Flavicæ, & reliquæ. Ficus duplex, vide Duplex. Ficum petiit, ούκων αϊτεί. In eum dicebatur qui commoditatis alicujus gratiâ blandiebatur. Inde natum tradant, quod olim Athenienses agricolis blandiri solerent, ut ab illis ficos præcoquos acciperent. Aristophan. in Vespiis. Ficos dividere, ούκων μερίζον, proverbialiter dicuntur, qui impendiò parci ac sordidi sunt, etiam si ditissimi. Mart. Ficus ficus, lignonem lignonem vocat, τὰ ούκων ούκων, τὴν σκάφην σκάφην λίγων. Quadrat in eum qui simplici & rusticana utens veritate, rem ut est, narrat, nullis verborum ambagibus ac phaleris obvolute. Ficum Mercurio, ούκων ἐφ' ἑζμῆ. De prompto & quibuslibet exposito beneficio dicebatur. Nam antiquis mos erat, sicubi ficus repertus fuisset, eum veluti Mercurio sacrum suspendere. Ut fici oculis incumbat, ὄψιν τὰ ούκων ἐπὶ τὰς ὀφθαλμούς εἶψον. De iis dicebatur qui pertinaciter urgerent premerentque negotium aliquod. Sumpta similitudine à ficiis, hoc est, à vitio quod oculis innascitur, nec facile potest evelli. oculo incolumi. Aristoph. in Ranis. Similior ficu, ὁμοιωτέρου ούκων, pet iocum dicebatur de vehementer inter se similibus. Ducta metaphora à ficornum inter ipsas similitudine. Plutarchus.

Ficulûs, diminutivum est. ξουκίον. ANGL. A little figge. Plaut. in Stich. Nucibus, fabulis, ficulis.

Ficetum, i. Locus ubi ficus consistat sunt. ξουκίον. GALL. Figueraye, lieu parsemé de figuiers. ITAL. Ficaretto, loco piantato di fichi. GERM. Ein feigengarten. HISP. Figueral, arboleda de higueras. ANGL. A figge yard, a place where figge trees grow. Varr. Ficulusque densa materia non est, ideo sequitur calorem: quo fit ut in locis frigidis ficeta fieri non possint. Mart. iocum captans ex ambiguo, ficetum posuit pro obscænis partibus ficosis, hoc est, multis ulceribus, quæ ficos vocant, obsiris. Sic enim habet lib. 12.

Vt pueros emeret Labienus, vendidit hortum: Nil nisi ficetum nunc Labienus habet.

Ficulus, a, um: quod ex ficu est, aut ad ficum attinet. ξουκίον. GALL. De figuier ou figue. ITAL. De fico. GERM. Das zu dem feigen gehdrt. HISP. Cosa perteneciente a higuera. ANGL. Of a figge, or figge tree. Plin. lib. 11. cap. 35. Ficiarios culices caprificus generat. Cato cap. 48. Eò sarmenta, aut ficarias crates imposito, quæ frigus arceant & solem. Vide ἡλοπιδοσάν, in Lexico Constantini.

Ficulus, x. Locus est ficiis arboribus constitus. ξουκίον. GALL. Lieu parsemé de figuiers. ITAL. Luogo dove sono molti fichi. GERM. Ein ort da viel feigenbaum gepflantz sind. HISP. Higueral d arboleda de higueras. ANGL. A place planted with figge trees. Pallad. lib. 4. Aliqui inter ficarias caprifici arborem serunt.

Ficatum iccut, suillum maximè, quod Græci σικωτόν appellant, à sue fico pasta.

Ficitas, fructus fici. vel ficornum collectio. V. Fictor.

Fictor: Ficornum amator, seu ficornum collector. ξουκίον. GALL. Qui aime les figues, ou les amasse. ITAL. Chi ama d raccoglie fichi. GER. Der gern feigen hat/oder feigen brecher. HISP. El que ama d coger los bigos. ANGL. A lickerous eater of figges. Nævius apud Non. Fictores omnes cupiunt ficitatem.

Ficode, hodie Cervia. Cervia, V. E. Æmilicæ, seu Gallicæ Togatæ, salis copiâ nobilis, sub A. Ravennate.

Ficoia, palus ficulneus. Fest.

Ficosus, ficiis plenus: σικώδης. Onom. intellige de vitii corporis.

Ficulneus, a, um: sive Ficulnus. ξουκίον. GALL. De figue, ou figuier. ITAL. Di fico. GERM. Feigenbaum. HISP. Cosa de higuera. ANGL. Of or belonging to a figge tree. Quod est ex ficu arbore. Plinius lib. 25. cap. 28. Sunt & ficulnei caules. Horat. 1. Serm. sat. 8.

Olim truncus eram ficulneus, inutile lignum.

Eadem autem forma ficulus & ficulneus dicimus, qua salignus, & saligneus, ilignus & iligneus. Cato, Fibulæ unde fiunt aridæ, lignæ, ulmæ, nucæ, ficulnæ, face ut in stercus, aut in aquam coniciantur. Ficulnea arbor. Colum. lib. 5. cap. 11. Ad crus arboris ficulnæ religa.

Fictilis, Fictitius, Fictor, Fictus: vide Fingo.

Fidelicommisum, Fidejubeo, Fidejussio, Fidejussor: vide Fides.

Fidellia, x, à fideliter contineo. Genus vas Samii, teste Nonio, ad usus plurimos accommodati. ξουκίον chemeth. κρημύκων. GALL. Vaisseau de terre. ITAL. Vaso di terra. GERM. Ein gattung eines irdenen geschirs, ein haßen oden krug. HISP. Vaso de barro. ANGL. A vassel of earth. Perlius Satyr. 3.

Disce, nec invidens, quod multa fidelia patet In locuplete penu.

Plaut. in Aul. Multi congialem plenam faciam tibi fideliam. Colum. lib. 12. cap. 38. In fictili fidelia facto loco reponuntur. Perf. Sat. 5.

tumet alba fidelia vino.

De eadem fidelia duos dealbare parietes, est eadem opera duos velle demereri. Curtius Ciceroni. Sed oro te, amice magne, noli hæc epistolam Actico ostendere: sine eum me virum bonum esse putare, nec solere duos parietes eadem dealbare fidelia. Metaphora tracta vi-

detur ab iis qui parietibus albarium inducturi colores habent in fistilibus præparatos. Vide Erasmi Adagia.

Fidelis, vide Fides, ei.

Fidētia, x, φιδλινα, φιδλινα Stephano, & Fidenarum, φιδλινα Straboni. Urbs Latinorum mediterranea. Virg. 6. Æneid.

Hi tibi Nomentum, & Gabios, urbemque Fidenam:

Juven. Satyr. 6.

Vivat Fidenis, & agello cede paterno.

Fidētiarēs, φιδλιναί, φιδλιναί Stephano. Dicti sunt Fidenarum incolæ, quos, φιδλιναί Plin. lib. 3. cap. 5.

Fidētia, x, φιδλινα. Vulgò Fiorenzola. Oppidum est in octava regione Italiae, cujus incolæ dicuntur Fidentini, quorum meminit Plin. lib. 5. cap. 15. Est Fidentia, Hispaniæ Bæticæ urbs, inter Bætinam & Oceanum sita, alio nomine Julia appellata, auctore eodem Plin. lib. 3. cap. 1.

Fidēs, ei, à πίστις, πίστις, πίστις. Nisi malis cum Cicerone à fio: quia fit quod dicitur. ξουκίον emunáb. πίστις. GALL. Foy, loyauté. ITAL. Fede. GERM. Glaub/warheit/ treuw. HISP. La fé. ANGL. Believe, trust, faith. Dictorum est & conventorum constantia & veritas, quia fiat quod dictum est, sic appellata. Cic. 1. Offic. Fundamentum autem justitiæ est fides, id est, dictorum, conventorumque constantia & veritas: ex quo (quanquam hoc videretur fortasse cuiusdam durius, tamen ut videamur imitari Stoicos, qui studiosè exquirunt unde verba sint ducta) credamus, quia fiat quod dictum est, appellatam fidem. Terent. Heaut. sc. 3. a. 2. Sed video, eccos quos volebam. C. O Iuppiter, ubinam est fides? Fides est quod vulgò conscientiam dicimus. Cic. pro Calio. Sed vestra sapientia tamen est, Judices, non si causa justa est viris fortibus oppugnandi M. Cælium, ideo vobis quoque vos causam putare esse justam alieno dolori potius quam vestrae fidei consulendi. Idem pro Archia poeta, Adest vir summa auctoritate, & religione, & fide L. Lucullus, qui se non opinari, sed scire: non audivisse, sed vidisse: non interfuisse, sed egisse dicit. Hæc Budæus. Obstinatio fidei in bonam partem, pro obfirmatione & constantia. Tacit. lib. 19. Bleso super claritatem natalium, & elegantia morum, & fidei obstinatio fuit. Idem lib. 21. vocat fidem obstinatam, pro obfirmata & constante. Fide Græca, pro bona fide, dicebant Græci, de sua gente bene existimantes, quod decoris gratiâ servavit Plaut. in palliata Comædia: hæc enim in Asin. At, Græca mercamur fide, i. optima, representata pecunia. Constans fidei. Tacit. lib. 10. Neque fidei constans, neque stremus in perfidia. Fidei plenus. Cic. de senect. Licet enim versibus iisdem mihi affari te Attice, quibus affatur Flaminium ille vir haud magna cum re, sed fidei plenus. Fides tabularum, id est, auctoritas. Cic. pro Archia, Quam Appii tabulæ negligentius asservatæ dicerentur, Gabinii quædiu incolumis fuit, levitas, post damnationem calamitas omnem tabularum fidem resignasset. Bonæ fidei possessor, qui ignoravit rem quam emittit, alienam esse, aut putavit eum, qui vendidit, jus vendendi habere. Budæus. Bona fide, id est, serio. Plaut. Aul. sc. 10. a. 4. Dic bona fide, tu id aurum non surripuisti? Dare fidem, idem est quod sanctè promittere. ξουκίον. Cic. 2. de finib. Nec dubitat isti vestro beato M. Regulum antepone: quem quidem quum sua voluntate, nulla vi coactus, propter fidem quam dederat hosti, ex patria Carthaginem revertisset: tum ipsum, quum vigiliis & fame cruciaretur, clamat virtus beatiorum fuisse, quam potantem in rosa Thorium. Fides muliebris, id est, inconstans, dubia, sive mala. Plaut. Milit. sc. 5. a. 2. Muliebri fecisti fide. Fides pro fiducia. Idem Aulul. sc. 2. a. 4. Fides, Tuæ fidei concredidi aurum. Ibid. Pro periculo. Idem Capt. sc. 2. a. 2. Mittam hunc æstimatum tua fide (paulò antè dixerat, tuo periculo.) In fide alicujus esse (i. in tutela.) Cæsar lib. 1. de bell. civili. Accipere fidem & dare, πίστιν δίδόναι καὶ δέχεσθαι. Virg. 8. Æneid. Accipe, daque fidem, sunt nobis fortia bello Pectora.

Dare fidem publicam, est publico nomine securitatem, vel impunitatem promittere. Cic. 3. in Casil. Introduxi Vulturium sine Gallis, fidem ei publicam jussu Senatus dedi: hortatus sum ut ea quæ sciret, sine metu indicaret. Accipere fidem publicam, est id quod dicunt, Impetrare saluum conductum. ξουκίον, seu λαβόν. GALL. Impetrev saufconduit & seureté publique. ITAL. Ottenere salvo condotto y sicurtà publica. GERM. Ein sicher frey gelyet erlangen. HISP. Alcanzar salvo conduto y seguridad del principe. Sic interponere fidem publicam, est alicui fidem publicam dare. Salust. in Jugurtha, C. Memmius Pop. Rom. persuadet, uti L. Cassius, qui tum Prætor erat, ad Jugurtham mitteretur, eumque interposita fide publica Romam duceret. Venire fide publica. Salustius ibidem, Comes ejus qui Romam fide publica venerat. Fides penes. Idem Jugurth. 65. Cæterum fides ejus rei penes auctores erit. Affecta fides. Tacit. lib. 19. Et credebatur affectam ejus fidem prævisse, id est, fidem læsam, sicuti Livius dicit res affectas lib. 6. decad. 1. Quorum legati opem rebus affectis orantes. Hanc eandem lib. 17. appellat afflictam fidem. Non ex fide versare pecunias. Suet. in Galba, cap. 9. Fidei templum struxit Numa, sanctissimumque esse voluit Jusjurandum per fidem. Fidem lædere. Cæsar lib. 2. bell. civ. Fideicommissum accipere exercitum. Fidem autem apud antiquos in utramque partem appellatam esse, videre est apud Cic. lib. 3. Offic. Habere fidem alicui, est credere. Plaut. Pseud. Ut mihi caverem à Pseudolo servo suo, neu fidem ei haberem. Terent. Andr. Propemodum habeo jam tibi fidem. Implorare fidem alicujus, id est, auxilium. Terent. in Adolph. Illa fidem nunc vestram implorat Demea. Ciere fidem, idem quod implorare. Juven. Sat. 5.

Nos hominum divumque fidem clamore ciemus.

Interponere fidem. Cic. de clar. Orat. Quæ quidem vis tum maximè cognita est, Lusitanis à Ser. Galba Prætoris, contra interpositam, ut existimabatur, fidem interfectis. Fidem liberare, est promissis stare, hoc est, præstare quod quis pollicitus est: & propriè dicitur de fidejussore, quum creditoribus satisfacit. Idem pro Flacco, Pecunia petitur ab Hermippo, Hermippus ab Hætaclia petiit: ipse tamen Fusis satisfacit absentibus, & fidem suam liberat. Mutare fidem,

fidem, est pactum rescindere, & violare promissum. Salustius in *Iugurth.* Profecto cuncti, aut magna pars Cirthenfium fidem mutavissent, tanta mobilitate sese Numidæ gerunt. ¶ Fallere fidem, est quod quis sua fide promissit, non servare. Cic. *1. Offic.* Ad supplicium redire maluit, quam fidem hosti datam fallere. ¶ Præstare fidem. Idem *ad Attic. lib. 9.* Itaque nunc Romæ omnia negotia L. nuli procurato, sustineo, meumque officium, fidem, pietatem iis præsto. Ovid. *3. Fastorum.*

*Bacche fidem præsta, nec præfer amoribus ullam
Conjugis.*

¶ Fidem exonerare. Livius *lib. 2. dec. 5.* ¶ Fidem decipere. Seneca. ¶ Fidem abrogare. ¶ GALL. *Perdre le credit.* ¶ Liv. *lib. 6. ab Urb.* ¶ Item bonæ fidei homo vocatur, cui res tutò creditur, vel qui rem sibi creditam fideliter servat, aut etiam qui fideliter præstat quod promissit. Suet. in *August.* cap. 42. Populo promissum congiarium reposcenti, bonæ se fidei esse respondit. ¶ GALL. *Qu'il estoit homme de promesse.* ¶ Cic. *Lent. lib. 1.* fidem pro promissione, & quasi sponfione posuit. Pompeii fides, quam de me Cæsari dederat. ¶ Fide alicujus sumere: sub. argentum, id est, non sua, sed aliena cautione. Cic. *pro Flacco.* Nam hunc Hermippum hominem eruditum, civem suum, cui debeat esse notissimus, percussit: ejus enim fide sumpsit à Fufiis. Securus Hermippus, Tenuum proficiscitur, quum iste sese pecuniam, quam hujus fide sumpsit à discipulis suis, diceret Fufiis perfoluturum. Budæus. ¶ Dubia fides Rhodiorum. Velleius. Plancus, dubia, id est, sua fide. Item Ovid. *Eleg. 7. lib. 1. Trist.*

Et nihil est de quo non sit habenda fides, (i. quod non credi possit.)
Plaut. *Curc. se. 2. a. 4.* Rem fidemque perdere eos aiunt, qui consistunt cum lenonibus. ¶ Facere fidem, est rem per argumenta, tabulas, aut testes probare: *πιστιν δίδόναι, πιστὸν ποιῆν.* Cic. *2. de lege Agr.* Fac fidem, te nihil nisi populi utilitatem querere. ¶ In alicujus fide esse, pro in tutela & protectione alicujus esse, dixit Cæsar. *lib. 1. de bell. civil.* Est aliquem soli dominum agnoscere, ac patronum. Cic. *pro Plancio.* Eorumque preces & vota de meo reditu exaudiens, Dyrachium, quod erat in fide mea, petere contendi. Budæus. ¶ Ubi ejus rei fides est, id est ubi fides constitit, ut loquitur Columella, ubi certum atque exploratum: ubi fides facta est sensuum experientia, apud Cels. *lib. 7. cap. 26.* ubi de calculo. Quod an inciderit, digitis quoque, sicut in curatione docebo, demillis cognoscitur. Ubi ejus rei fides est, pridie, &c. ¶ Fidei causa, id est, fidei faciendæ gratia. Salust. *Iugurth. 121.* Non possum fidei causas, imagines, atque triumphos, aut consulatus majorum meorum ostentare. ¶ Accipitur interdum fides pro fiducia. Terent. in *Andr.* Tristis severitas inest in vultu, atque in verbis fides. ¶ Est item fides vocabulum negotiatoribus proprium, pro constantia illa promissorum, qua debitorum suo loco & tempore præstant quod promiserunt. Cic. *pro Fonteio.* Scimus Romæ solutione impedita fidem concidisse. Idem *Att. lib. 11.* Hujus pecuniæ permutatione fidem nostram facile tuebere. Cæsar *3. bell. Gall.* Quum fides tota Italia esset angustior, neque creditæ pecuniæ solverentur. ¶ Fidei, pen. prod. apud Lucretium *lib. 5.*

— via quæ munita fidèi, &c.

¶ Fide, pro fidei, apud Horat. *3. Carm. Ode 7.*
*Thyna merce beatum,
Constantis juvenem fide
Gygen?*

Idem *1. Serm. satyr. 19.*

Fidèi. Multi versum Paulini hunc,

Quod sic maluerit trepida cautela fidèi,

qui habetur *lib. 1.* in vita S. Martini, emendant & corrigunt, cum certum sit, non emendandum. Nam quanvis in nomine *fides*, penultimam sæpe in genitivo corripit, tamen sæpe producit, nec est cur mendum aliquis suspicetur in eo versu, neque in aliis, quos pro arbitrio mutant: id sensu optimus Juretus ita *lib. 1.*

— non immemor ille fidèi.

Et *lib. 2.* — simul & virtute fidèi.

Et — tanto terrore fidèi.

Et — signacula certa fidèi.

Et in Panegyrico de Celsi obitu,

Præscribens veteri legemque modumque fidèi.

Et in natali Felicis *lib. 8.*

Nuda fides armata Deo est, virtute fidèi

Fortior Ezechia.

Quibus locis, & aliis infinitis, fidèi penultimam producit, nec cur temerè corrigatur.

Fidèjvberò, es, etc. Pro aliquo promitto, fidem meam pro alio interpono, promitto. ¶ *הרבה הרבה, היסוד.* GALL. *Pleiger ou répondre, cautionner.* ITAL. *Far scurtà.* GERM. *Verheyssen / für ein andern versbürgen/sich versprechen.* HISP. *Fiar por alguno.* ANGL. *To be suretiefor, to undersak.* ¶ Ulpianus *l. si dicitur, §. filiusfamil. ff. de fidejuss.* Filiusfamilias pro parte poterit fidejuberè, nec erit sine effectu hæc fidejussio. ¶ Fide mea jubeo. Scævola *D. lib. 17. tit. mandati, l. 60.* Quare scias quodcumque ab ea ex hac causa stipulatus fueris, id me mea fide esse jussisse saluum te habiturum.

Fidèjussio, nis: Sponsio pro alio facta. ¶ *הרבה הרבה, היסוד.* GALL. *Pleigement, réponse, caution.* ITAL. *Scurtà.* GERM. *Verheyssung / verbürgung.* HISP. *Fianza por alguno.* ANGL. *Suertiship, undertakind.* ¶ Javol. *l. sed etsi, ff. de fidejuss.* Quum servos fidejussionis nomine obligari non prodest.

Fidèjussor: Sponsor, qui pro alio fidejuberè, & fidem suam interponit. ¶ *הרבה הרבה, היסוד.* GALL. *Pleige ou répondant.* ITAL. *Mallevadore, chi risponde & promette per altri.* GER. *Ein verheysser / bürg.* HISP. *Fiador por alguna persona.* ANGL. *A suertie or borow.* ¶ Donatus, Fidejussor est author credendi alium aliquid daturum facturumve, sua fide suoque periculo promittens. Ulpianus in *l. 8. §. 8. D. de fidejussor.* Si quis Seichum stipulatus fuerit, & fidejussorem ita acceperit: Stichum, aut decem fide tua esse jubes. Ubi illud obiter animadvertendum est, pro eodem dici, Fidejubeo: & divisus

ditionibus, Fide mea esse jubeo. Paulus *l. ubi autem, ff. de verb. obligat.* Si filiusfamilias ita stipulatus fuerit, Quantam pecuniam Titio credidero, fide tua esse jubes.

Fidèjussorius, adjectivum. *D. de minoribus, l. 7.* Utputa si fidejussorio nomine se, vel rem suam obligavit.

Fidèicōmissus, a, um: adject. *ὁ πιστωδότης, ὁ πιστωτής.* ut, Libertas fideicommissa, id est, fideicommissio relicta. Paul. *l. Titius 45. ff. de actionibus empti.* Cæteri quoque servi cognita voluntate defuncti, fideicommissam libertatem petissent. Cæsar *lib. 8. de bell. civ.* Fideicommissum accipiet exercitum.

Fidèicōmissum. ¶ GALL. *Ce dont nous avons charge. & qui nous est baillé en garde de bonne foy.* ITAL. *Fideicommissio.* GERM. *Das eines andern treu vnd glauben zubehalten oder außzurichten vbergeben vnd vertragen ist.* HISP. *Cosa que se comete à la fé de otro.* ANGL. *A seoffment of trust, a putting of a thing in our handes to dispose upon only credite of his honestie.* Est species dispositionis ultimæ voluntatis, quum testator alicujus fidei aliquid committit quod alteri sit traditurus: quod idcirco Fideicommissum dictum est, quod ex fide ejus, cui committebatur, pendebat. Postea tamen Fideicommissa, ut omnis fraudi humanæ occasio amputaretur, à divo Augusto ad necessitatem Juris sunt retracta, justisque legatis exæquata. ¶ Jurisdicctio de fideicommissis etiam potestatis, id est, præsidibus provinciarum, à Claudio demandata.

Fidèicōmissarius, ii: habet passivam significationem; nam is dicitur qui Fideicommissum, seu rem fideicommissio subjectam accepit. ¶ *πιστωδότης.* ANGL. *A seoffert of trust, one put in trust to dispose a thing.* ¶ Ulp. *l. fideicommissa 11. §. 13. de leg. 3.* Paulatim igitur admittimus, etsi ex parte pecuniæ rem comparavit, quam non hoc animo exegit, ut fideicommissarium privaret fideicommissi, posse adhuc fideicommissi petitionem superesse.

Fidò, is, sifus: Fidem habeo, credo, spem fiduciamque in aliquo repositam habeo: & tam cum ablativo, quam cum dativo constructur. ¶ *πιστιν βατάχ, πιστὸν βεεμιν.* *πιστῆν, πιστῆν.* GALL. *Se fier & croire à quelqu'un.* ITAL. *Confidarsi, fidarsi.* GERM. *Trawen / glauben.* HISP. *Confiarde de alguno.* ANGL. *To trust, or beleve.* ¶ Joven. *Fidimus eloquio Ciceronis.*

Virg. *6. Aeneid.*

— & fidere nocti.

Plin. in *Epist.* Liber fuit & opusculis variis & metris: ita solemus qui ingenio parum fidimus, satietatis periculum fugere. ¶ Hujus composita sunt, Confido, & Diffido, pen. prod. quæ sunt contraria. Nam confidere, idem est quod fidere. Cic. *ad Attic.* Itaque acculabar ab eo, quod parum constantiæ suæ confiderem. Contrà, diffidere, est fidem non habere, *ἀπιστεῖν.* Sen. Nec secundis rebus nimis fidendum, nec adversis diffidendum est.

Fidens, entis. Suet. in *August.* cap. 65. Lærum eum atque fidentem solbole fortuna destituit. Plaut. *Asin. se. 2. a. 3.* Ubi fidentem fraudaveris. Mox, fideli infidus fueris.

Fidènter, adverb. intrepidè & cum fiducia, confidenter, audacter. ¶ *לעבדאח, לעבדאח.* GALL. *Affeuément, hardiment.* ITAL. *Fidatamente, con fidanza.* GERM. *Vertrawlich/sicherlich.* HISP. *Confiando, con buena fé.* ANGL. *Boldie, with trust and assurance.* ¶ Cic. *2. de Orat.* Tum ille fidenter homo periculis confirmare, ita se rem habere ut respondissent. Idem *2. de Div.* Timidè fortasse signifer evellebat quod fidenter infixerat. Fidentius scribere alicui. Idem *ad Attic. lib. 6.*

Fidèntiā, æ: Firma animi confisio, & fortitudinis pars, per quam animus multum in se fiduciam cum certa spe collocavit. ¶ *מביטאח, מביטאח.* GALL. *Fiance, confiance.* ITAL. *Fidanza.* GERM. *Trawung / gewisse zueversicht.* HISP. *Confianza.* ANGL. *Boldnesse, trust, confidence.* Ponitur autem in laude, quemadmodum & fidens, unde deducitur. *πιστῆν.* Confidens autem & confidentia plerumque in malam partem. Cic. *3. Tusc.* Qui fortis, est fidens, quoniam confidens mala loquendi consuetudine in vitio ponitur: ductum verbum à confidendo, quod laudis est: qui autem est fidens, is profectò non extimescit. Idem *2. de invent.* ait, fidentiam partem esse fortitudinis, per quam magnis & honestis in rebus multum ipse animus in se fiduciam cum certa spe collocavit. Idem *4. Tusc.* Et si fidentia, id est, firma animi confisio, scientia quædam est & opinio gravis, non temerè assentiens; metus quoque est diffidentia expectati & impendentis mali.

Fidèlis, e, à fide. Qui servat fidem, vel cui tutò fidem adhibere possumus, fide præditus, fidem suam præstans. ¶ *לעבדאח, לעבדאח.* GALL. *Fidèle, loyal, feal, seur, feable.* ITAL. *Fedele.* GERM. *Treudem wof zuglauben ist.* HISP. *Cosa fiel.* ANGL. *Trustie, faithful, true barted.* Nec fideliosem mittere potest, nec cui plus credas. Plaut. *Capt. se. 2. a. 2. Ibid.* Ubi amica, quam amico fueris magis fidelis. Idem *Capt. se. 3. a. 2.* Fac fidelis sis fideli. Idem *Milit. se. 4. a. 2.* Dum te fidelem facere serò voluisti. Terent. in *Hecyra,* Perpol quam paucos reperias meretricibus fideles evenire amatores, Syra. Cic. *ad Serv.* Aut si quem tuorum fidelium voles, ad me mittas. *Ibid.* Qu. fratri, Græcorum familiaritates parum fideles sunt. ¶ Fidele consilium. Liv. *lib. 2. & 7. dec. 4. Ter. in Hecyra,* Quam fideli animo, & benigno in illam, & clementi fui. ¶ Transfertur etiam ad inanimata. Plin. *lib. 16. cap. 36.* de arundinum comis: Aut enim pro pluma cauponarum strata replet: aut ubi limosiore callo induruit, sicut in Belgis, contusa & interjecta navium commissuris ferruminat textus, glutino tenacior, rimisque explendis fidelior pice. ¶ Fidelior. Plaut. *Milit. se. 5. a. 3.* Mihi quam illi fuisti fidelior.

Fidèlitas: Observatio fidei. ¶ *לעבדאח, לעבדאח.* GALL. *Fidelité, loyauté, feauté, assurance.* ITAL. *Fidelità.* GERM. *Glaubenhaltung / treu.* HISP. *Fielidad.* ANGL. *Trustinesse, loyaltie, faithfulness.* ¶ Cic. *ad Qu. frat. lib. 1.* Quibus in rebus etiam si fidelitas summa est, quod prorsus credo, &c. Idem *ad Attic. lib. 9.* In hac enim fortuna perutilis ejus & opera & fidelitas esset.

Fidèlitér, adverb. ¶ *לעבדאח.* GALL. *Fidèlement, fealement, loyauement, ou loyalement.* ITAL. *Fedelmente.* GERM. *Treulich.* HISP. *Fielmente.* ANGL. *Faithfully, truly.* ¶ Plaut. *Capt. se. 2. a. 2.* Vult te herus do-

mino dare operam fideliter. Quintil. Reddere fideliter, quæ sis animo complexus. Plaut. *Cure. sc. 2. a. 2.* Fideliter sibi esse argenti inopiam respondit. Liv. 3. *bell. Maced.* Constantiter & fideliter permanere in amicitia populi Romani. Horat. 5. *epist.*

Percontatorem fugito : nam garrulus idem est, Nec retinent patula commissa fideliter aures.

¶ Fidelius. Gell. *cap. 13. lib. 17.* Fidelius constantiusque valent quartanam passi.

Fidelè, aliud adverb. Plaut. *in Capt.* Fac fidelè, cave fidem fluxam geras. Apud Non. *cap. 11.*

Fidus, a, um : Fidelis. ἰδνὸς *neemán. mós.* GALL. *Seur. loyal, feal.* ITAL. *Fido, fidato, fedele.* GERM. *Trew / dem wol zuvertrauwen ist.* HISP. *Fiel de quien se puede fiar.* ANGL. *True, harted, trustie, faithfull.* Cic. *de Amicit.* Quod Tarquinius dixisse fertur, quum exul esset, se intellexisse quos fidos amicos habuisset, & quos infidos. Idem 2. *de finib.* Inest ad humanam societatem justitiæ fida custodia. Ovid. *Eleg. 5. lib. 2. Trist.*

malè fidus rebus acerbis.

¶ Hujus compositum & contrarium est Infidus, pen. prod. ἰμεῖος : nam Perfidus, pen. corr. à fides fit. Liv. 1. *ab Vrbe.* Infida regni societas.

Fidior, comparativus. Justin. *hist. lib. 6.* Ut eos sibi fidiore, & dominis infestiores redderet.

Fidè, adverbium : Fideliter. ἰμεῖος. GALL. *Fidellement.* ITAL. *Fidellemente.* GERM. *Treulich.* HISP. *Fielmente.* ANGL. *Faithfully, truly.* Cic. *Cal. lib. 2.* Nec me ista terrent, quæ mihi à te ad timorem fidissimè atque amantissimè proponuntur.

¶ Fidamen, pro fiducia, apud Tertull. ||

ἰδνὸς ἄ, x : Fidentia, hoc est, certa quædam opinio & spes de se, vel de alio concepta. ἰδνὸς *mittach, ἰδνὸς bittachón. ἰδνὸς, ἰδνὸς.* GALL. *Fiance & assurance.* ITAL. *Fiducia, fede, fedanza.* GERM. *Vertrauung / zuversicht.* HISP. *Confianza.* ANGL. *Confidence, trust.* Sumiturque tam in meliorem partem, quam in deteriore. Cic. 2. *Verr.* Habeo hominem præpotentem, cujus fiducia provinciam spolio. Idem *Qu. Fratr.* Nihil est quod posthac artis nostræ fiducia conturbes. Idem *de Amicitia,* Vita tyrannorum in qua nulla stabilis benevolentia possit esse fiducia. Virg. 1. *Aeneid.*

Tantæno vos generis tenuit fiducia vestri ?

Idem 9. *Aeneid.*

Cernis, qua Rutulos habeat fiducia verum.

Plaut. *Aul. sc. 5. a. 3.* Fretus tuâ fide, fiducia. Idem *Most. sc. 1. a. 1.* Mei tergi hoc facio, non tui fiducia. Ovid. *Eleg. 3. lib. 5. Trist.*

Pax tamen interdum est, pacis fiducia nunquam.

¶ Accipitur etiam fiducia, pro contractu quo fidem alterius sequuti, rem ei aliquam simulandam tantum causa mancipamus : inde ducta appellatio, quod fide ac probitate emptoris freti eam venditionem interposuimus. Boëthius *in 4. comment. Topic.* Fiduciam (inquit) accepisse dicitur, cuicumque res aliqua eâ lege mancipatur, ut mancipanti aliquando remancipet: veluti si quis tempus illud dubium timens, amico potentiori fundum mancipet, reddituro quum tempus illud dubium præterierit. Cic. *pro Flac.* Pecuniam adolescentulo grandi scenore, fiducia tamen accepta, occupasti. Hanc fiduciam tibi commissam tenes hodie atque possides. Credidisti, inquit, adolescentulo grandem pecuniam sceneratitiam, accepto tamen fundo fiduciario, quem restituas quum tibi pecunia unâ cum usura fuerit reddita. Inde fiduciarum mancipationem veteres vocaverunt, quam hodie dicimus *Venditionem cum regressu,* sive sub redimendi potestate contractam : & rem ipsam fiduciarum, quæ alteri ea lege traditur, ut postea reddatur ei qui mancipavit. Liv. 2. *de bell. Maced.* Optimum ratus eam Nabidi Lacedæmoniorum tyranno, velut fiduciarum dare, ut victori sibi restitueret; si quid adversi accidisset, ut ipse haberet. Loquitur de Corintho, quam Philippus bellum Romanis illaturus, Nabidi ea lege dederat, ut si victor ex bello rediisset, sibi restitueretur. Inde fiduciarum hæres vocatur à Javoleno *in l. Sejus, ad Trebell.* quem aliàs vocamus fideicommissarium, quod hæreditatem velut fiduciarum videtur accepisse, quam mox alteri sit traditurus. Ad hunc etiam modum Cæsar *bell. civil. lib. 2.* operam Legati vocat fiduciarum, quia Legatus potestatem suam ab Imperatore accipit, quam redeunti ad exercitum Imperatori debet cedere.

¶ Fiducialis, e, ad fiduciam pertinens. Inde

Fiducialiter, i. e. cum fiducia.

Fiduciarus, qui aliquid fiducia accipit.

Fiduciarus, qui pignus, seu fiduciam dedere, recepturi ubi solvissent. Tertull.

Fidus, pro Fædas : Laurenberg. ex Ennio, & Macrobio.

Fidustus. Fest. Fidusta à fide denominata, ea quæ maximæ fidei erant. ||

Foras: Extrà. { ἔξω *ebus*, ἔξω *ebus* } & Foris, ἔξω. GALL. *Hors, dehors.* ITAL. *Fuore, fuori.* GERM. *Ḥinauß, außhin.* HISP. *A fuera, defuera.* ANGL. *Forth abroad, out of the doors.* } Adverbia loci sunt à foris, hoc est, spectaculis derivata, ut Servio videtur: sive (quod verisimilius est) à foro, quod domo exeuntes ferè ad interiorem partem urbis, in qua forum est, solemus accedere: in qua etiam sententia est Festus. Differunt autem inter se hæc duo adverbia, ut foras motum importet ad locum. *Plaut. Mostell. sc. 4. a. 1.* Illic ubi fui, inde effugi foras. *Ibid. sc. 1. a. 1.* Exi è culina, sis foras mastigia. *Idem Curc. sc. 1. a. 5.* Vix foras me abrupui. *Idem Afin. sc. 2. a. 1.* Siccine hoc sit? Foras adibus me ejici? *Ibid. sc. 3. a. 3.* Exclusus est foras. *Idem Aul. sc. 3. a. 1.* Cras veniat: perendie foras feratur (id est, efferatur mortua.) *Ibidem sc. 1. a. 2.* De suo tigillo fumus, si quæ exit foras. *Idem Milit. sc. 1. a. 2.* Ex hospitio eduxit se foras. Evocate foras: vide *Evoco*. Dare foras utendam chlamydem, aut pallium (bis,) apud eundem *Men. sc. 2. a. 4.* (id est, commendare vicinis.) Item, Proficisci foras. *Idem Curc. sc. 1. a. 1.* & migrare foras. *Ibid. sc. 1. a. 2.* Et procedere foras. *Idem Pseud. sc. 2. a. 2.* Patronus foribus processit foras. *Idem Curc. sc. 2. a. 1.* Mittite istanc foras. Exsurgat foras, qui nolet auscultare. *Idem Milit. sc. 1. a. 2.* Idem *in Cas.* Foras tacitus exeo cum ornato quo vides. *Idem in Amphitr.* Sed quid tu foras egressa es? Foris, motum in loco & de loco significat. Domi forisque omnia curare. *Salust. Jugurth. 119.* Terent. *in Eunuch.* Quæ dum foris sunt, nihil videtur mundius, nec magis compositum quicquam. *Plaut. in Afin.* Ille opere foris faciundo lassus domum noctu advenit. *Idem Aul. sc. 2. a. 2.* Ligna ne quæras foris. *Idem Capt. prolog.* Foris illic, extra scenam hinc prælia. *Idem Milit. sc. 3. a. 2.* Oculos non rogo utendos foris: & *Mostell. sc. 1. a. 2.* Ædes ocludam hinc foris clavi Laconica. *Idem Capt. sc. 2. a. 1.* Foris quod gusto, id beat. *Ibidem sc. 2. a. 1.* Sinito ambulare, si foris, si intus volent. Nonnunquam etiam jungitur verbis motum ad locum significantibus. *Idem Men. sc. 2. a. 1.* Faxo foris vidua visas patrem. *Plin. lib. 9. cap. 33.* Margine in mucronem emisso, foris effuso, intus replicato. *Cic. in partit.* Illa verò indigent, & nec eò dicuntur sine arte, quod ita sunt, sed quod ea non parit Oratoris ars, sed foris ad se delata, tamen arte tractat.

Foratica, tributum, quod transitorium, vel tractorium dicitur. *Cod. ill. antiq.*

Foris, quandoque pro passim usurpat. *Cic. ad Quint. frat.* Foris valde plauditur: id est, non solum in senatu, sed apud cæteros etiam: & *in epistola longa ad Lentul.* Quum ea contentio mihi magnum etiam foris fructum tulisset. In vulgus idem alibi dixit, eadem sententia. *Ex Aldi commentario ad Quint. frat.*

Forinsecus: Foris, ab exteriori parte. X intrinsecus. { ἔξω *lactis* } *son. ἔξω *lactis*, ἔξω *lactis*.* GALL. *Par dehors.* ITAL. *Estrinsecò, cio che è di fuora.* ANGL. *Without.* } *Plin. lib. 13. cap. 82.* Lignum omne corticis loco habent, hoc est, forinsecus. *Columell. lib. 8. cap. 3.* Sed ab hac cohorte forinsecus prædictis fenestellis scandula similiter jungantur.

Foratos, furatus. *Inscr. antiq.*

Foratus, nomen: vide *Foro*, as.

Forbanum, proscriptio, *in ll. Ripuariis*, vox est Germanica verbannen: proscribere, à *ver*, quod est *aper*, vel à foras.

Forbèa, genus cibi à veteribus dicebatur, quo calido vesci solebant. *Græci φούλον.* Fest.

Forcille, re. *Plaut. Pseud. sc. 2. a. 2.* Væ tibi: Tu inventus verò meam qui forcilles fidem. Quasi mihi non sexcenta talia soleant credier. Est autem *forcillare fidem*, eam elevare, aut tollere: efficere velle, ut non credatur alii.

Forceps, fabricæ corruptæ forfices dicuntur. Lege, *Fornix Fabrica, Fornices dicuntur.*

Forcipēs, quasi forvicapēs dictæ sunt, quod iis forva, id est, calida ca-

piantur. { ἰσθηχὶς *melkachajim. πινγύρα.* GALL. *Tenailles, pinçettes.* ITAL. *Tanaglio, molle da fuoco.* GERM. *Sang.* HISP. *Las tenazas à instrumento para asir.* ANGL. *A paire of tongs or pincers.* } *Virg. 8. Æneid.*

— Illi inter sese magna vi brachia tollunt
In numerum, versantque tenaci forcipe massam.

Et tam masculini, quam fœminini generis, secundum Priscian, Ovid. *12. Metam.*

— Terribilem stridore sonum dedit, ut dare ferrum
Igne rubens plerunque solet, quod forcipe curva
Quum faber eduxit, lacubus demittit.

Colum. lib. 16. cap. 16. Deinde priusquam ferrum admoveas, duabus angustis ligneis regulis, veluti forcipibus apprehendere testium nervos. *Plin. lib. 7. cap. 56.* Authorem & inventorem forcipis fuisse tradit Cinyram Cyprium Agriopæ filium,

Forcus, φόρυγος, nomen viri proprium, qui tres filias habuit Gorgonas, Sthenio scilicet, Euryalen & Medusam, quæ nimis locupietes fuerunt, & Gorgones dicuntur, id est, terræ cultrices.

Fördä, æ: Bos prægnans, à ferendo: vel ab horrendo, pro quo posteriores fordis dixerunt. Hordus autem est gravidus. { ἡλυ *baláb. βῆς ἔγκυαν, ἢ ἔγκυον.* GALL. *Vne vache qui est pleine, qui porte veau en son ventre.* ITAL. *Vacca pregna.* GERM. *Ein tragende kuh.* HISP. *Vaca preñada.* ANGL. *A cowe with calfe.* } *Ovid. 4. Fast.*

— Forda ferens bos est, fœcundaque dicta ferendo.

Colum. lib. 6. cap. 4. Post unum coitum forda non admittit taurum.

Quæ forda ab Ovidio appellatur, Latini veteres vocabant Hordam, ut testatur Varro *cap. 5. lib. 2. de re rust.* his verbis: Quæ sterilis est vacca, taura appellatur: quæ prægnans, Horda. Vide infra *in Horda.*

Fordeum, pro hordeo veteres dixisse, ut fœdum & fariolum, pro hædo, & hariolo, scribit Terent. *Scaurus de Orthogr.*

Fordicidia, Dies festus à fordis bubus, hoc est, prægnantibus: quod eò die immolarentur boves prægnantes in curiis: à fordis cadendis fordicidia dicta.

Forem, fores, foret, & in tertia persona pluralis numeri, forent, & in futuro Infinitivi fore, pro futurum esse. Forem autem idem omnino significat quod essem. { ἔσμεν *ehéh. ἔσμεν.* } *Plaut. Pseud. sc. 2. a. 5. & Capt. sc. 2. a. 1.* Hoc ego nunquam ratus sum fore. *Idem Most. sc. 1. a. 1.* Pol istuc tibi credo nomen acturum fore. *Idem Men. sc. ult. a. 5.* Vis conclamari actionem? Fore quidem die septimi. *Idem Pseud. sc. 5. a. 4.* In pistrinum credo ut convenit fore (i. jam esse, vel mox futurum esse.) *Ovid. 13. Metam.*

— Pallentemque metu, & trepidantem morte futura.

Ibidem,

— Mibi cura futuri est.

Plaut. Most. sc. 3. a. 1. Quid cæteris tuis amatoribus futurum est? *Catull. de com. Eren.*

— in limite cæli

— Fixa corona foret.

Salust. in Jugurth. Nam ego quidem vellem, ut & hæc quæ scribo, & ea quæ antè in Senatu questus sum, vana forent. Fore verò habet significationem participii futuri, unà cum infinitivo *Esse, ἔσμεν.* Idem enim est fore, quod futurum esse. Ideo jungitur cum nomine, vel interdum cum participio, quod in nomen transmigravit: ut spero re amicum fore: non, amaturum fore. *Cicero. Trebatio,* Scribit ad me Cæsar, se tibi nondum familiarem esse satis propter occupationes suas, sed citò fore. *Cæsar de bell. Gall.* Nonnulli etiam Cæsari nuntiabant, quum castra moveri, aut signa ferri jussissent, non fore dicto audientes milites. Composita ejus sunt Abfore, Adfore, Confore, Defore, & Profore, quæ sæpius sola ponuntur, hoc est, sine nomine, aut particip. à tergo. Abfore quid significet, quemque in oratione usum habeat, explicuimus supra. Adfore idem est quod adfuturum esse. *Ovid. 14. Metam.*

— Esse quoque in fati reminiscitur adfore tempus.

Adforem, adessem. *Virg. Æneid.*

— Atque utinam rex ipse Notò compulsus eodem
Adforet Æneas,

Confore, conventurum esse, *οὐκ ἔσμεν.* *Terent. in Andr.* Restat Chremes, qui mihi exorandus est, & spero confore, id est, conventurus esse. Defore, defuturum esse, *ἰσχυρ.* *Cic. contra Rull.* Verum arbitrantur non defore qui illam restituerent. Profore, profuturum esse, *οὐκ ἔσμεν.* *Horat. in epist.*

— Qua nocuere sequar, fugiam qua profore credam.

Forensis, Forensis: vide *Forum*.

FÖRES: Proprie (inquit Servius) quæ foris aperiuntur. { ἑλθῶν *dela-* } *thoth. ἑλθῶν.* GALL. *Huis, porte.* ITAL. *Porta.* GERM. *Zhüren.* HISP. *Las puertas con que cerramos la casa.* ANGL. *The gates, the doors.* } *Vnde Plutarchus memorat, primum Valerio Publicolæ fratri, quum de Sabinis triumphasset, domum publicè ædificatam, cujus fores extra aperirentur: quum antea cæterarum intrò referando impellerentur: ut ex hac concessione honoris appareret, quotidie cum domum aliquid admissurum. Plaut. Most. sc. 2. a. 2. Ecquis istas aperit fores? Idem Men. sc. 3. a. 2. Fores aperiri nolo. Idem Curc. sc. 2. a. 1. Quid si adeam ad fores, atque oecentem. Ibid. Prohibe sonitum forium. Ibidem, Foribus da aquam quam bibant. Idem Amph. sc. 2. a. 4. Quis ad fores est? Ibid. Penè effregisti fatue foribus cardines. Ibid. Hæc (fores) toto demoliar cardine. Idem Men. sc. 4. a. 3. Foribus bullas in splendorem dare. Idem Capt. sc. 1. a. 4. Foribus exitium affero. Seneca epist. 68. Foribus ornatis excipere res latas. Idem cap. ult. de tranq. Fores poëticas nemo sui compos pepulit. Ovid. 4. Fast.*

— Et tegat ornatas longa corona fores.

Idem *Eleg. 4. lib. 4. Trist.*

— Circundante fores geminas.

Terent. in Adelph. Fores effregit? restituentur. *Cic. ad Brut.* In omnibus novis conjunctionibus interest qualis primus aditus sit, & qua commendatione quasi amicitia fores aperiuntur. *Idem 2. de nat. deor.* Forèque in liminibus prophanarum ædium, januæ nominantur.

minantur. Valvæ autem dicuntur quæ intus revolvuntur : quanquam usus hodie obtinuit , ut omnia ostia fores appellentur. ¶ Hoc nomen etiam singulariter, hæc foris, hujus foris , declinatur. Ovid. 1. Amor.

Difficilem moto carilive pando forem.

Cic. pro Cornel. Aperuit forem scalarum. Terent. in Adelph. Sed quidnam foris crepuit? Ubi Donatus, foris singularis numeri , nominativi casus. Plaut. Amph. Orationem comprimam, crepuit foris. Idem Bacchid. Hanc forem paucillulum aperi placide , ne crepet. Idem Milit. sc. 1. a. 2. & sc. 3. a. 2. Sed foris concrepuit. Idem Aul. sc. 3. a. 4. Hinc à vicino sene : At at foris crepuit. ¶ Fores portarum. Liv. lib. 1. ab Urb. Et fores portæ. Idem. 5. bell. Pun. Horat. lib. 1. Serm. satyr. 2.

Exclusus fore , quum Longarenus foret intus.

Fores aperite, ἀνοίξτε τὴν θύραν, proverbio dicebatur qui rei cuiuspiam ingressam initiumque patefaceret. Plin. lib. 2. cap. 8. ¶ In foribus adesse, πρὸ τῆς θύρας, dicitur allegoria proverbiali, quod instat, jamque in proximo est. Plutarchus, πρὸ τῆς πρὸ τῆς θύρας ὄρῃ : id est, Quum febris in foribus adest.

Förküla, arum, diminutivum. ἡ θύρα. GALL. Petite porte, guichet, petit huis. ITAL. Porricelle. GERM. Thürlein. HISP. Pequeñas puertas. ANGL. A little voickettes or doors. ¶ Varro lib. 1. de re rustic. c. 59. Et ideo oporothecas qui faciunt ad Aquilonem, ut fenestras habeant, ut aere perflentur, curant : neque tamen sine foriculis, ne quum humorem amiserint, pertinaci vento vieta fiant.

¶ Foriculus, Deus forium, quem foribus præesse gentilitas vana in multiplicandis diis fingebat. ¶

Forefacio, vel forisfacio, pecco, delinquo : unde foris factum, aliter forfactum. Vox est Gallis usitata forfaire : faire est facere, for extra. Gall. Dict. Nicot. Forfait, sive forfaiture, delictum, & ducit à foris, i. extra. Forfaire, peccare, delinquere. Vet. Dict. Lat. Forisfacio, id est, offendere, nocere, quasi facere foris, id est, extra rationem.

Forjudico, Gallis forjuger, est quasi foras judicare. GERM. Verurtheilen. Est & malè judicare. ¶

Förficis, quibus telam, seu fila incidimus. ἡ ἄκρη melkachajim. Φαίδης. GALL. Ciseaux, forces. ITAL. Forbice, forfice, cesoie. GERM. Schär. HISP. Las tijeras. ANGL. Sheares. ¶ Servius, forfices sunt quibus incidimus : forcipes, quibus aliquid forvum tenemus, quasi forvicapes : nam forvum est calidum. Col. lib. 12. cap. 43. Alii quum legerunt uvam, si qua sunt in ea grana vitiosa, forficibus amputant. ¶ Forfices etiam vocabulum militare de instructa acie forficum instat. G. lib. 10. cap. 9. Vocabula sunt militaria, quibus instructa certo modo acies appellari solet : Frons, subsidia, cuneus, orbis, forfices, setta, alx, turres.

Förficula, arum, diminutivum. ἡ ψαλίς. GALL. Forcettes, ciselets. ITAL. Forcicette. GERM. Ein schätlein. HISP. Pequeñas tijeras. ANGL. Little sheares or cisers. ¶ Plin. lib. 25. cap. 5. de hellebero : Præterea mirum inventum est, quod incisum forficulis (ut diximus) cribrant : cortex remanet, hoc inanito, medulla cadit. ¶ Ab hujus instrumenti similitudine, etiam forficula dicuntur extremitates brachiorum, & veluti manus canctorum, scorpionum, & quatuorundam locustarum. Idem lib. 32. cap. 11. Elephantum locustarum generis, nigri pedibus quaternis bisculis : præterea brachia duo, binis articulis : singulisque forficulis denticulatis. Hæc ab eodem Plin. lib. 9. cap. 31. Forcipes vocantur. Fœminæ, inquit, primus pes duplex, mari simplex : præterea bina brachia denticulatis forficibus.

FÖRĪ, orum, num. plural. à φοῖρά, vel à φορεῖν : sunt tabulata navium, vel locus in navi aptior, qui iter naves perambulantiibus præbet : ita dicti (ut Servio placet & Festo,) quod per eos ferantur incessus. ἡ ἄκρη τῆς ναυῆς, ζυγὰ. GALL. Le tillac ou beisse d'un navire. ITAL. Tavolati de navi, la corsia, luogo da mirare gli spettacoli. GERM. Brugken in einem schiff/auff weicher man hin vnd hâr gehn kan. HISP. La tilla de la nave. ANGL. The hatches of a shippe to walk upon. ¶ Fori quid, Diomedes lib. 1. Cicero. in Catil. Quum alii malos scandant, alii per foros cursitent, alii sentinam exhauriant. Virg. 4. Æneid.

— facies in castra tulissim,

Implessimque foros flammis.

Idem 6. Æneid.

— laxatque foros, simul accipit alveo

Ingentem Æneam.

¶ Item fori dicuntur Circensia spectacula, id est, loca recta, ut ex his spectetur. Livius lib. 1. Tum primum Circo, qui maximus dicitur, designatus est locus, divisa loca patribus, equitibusque, ubi spectacula quisque facere, fori appellari. ¶ Fori etiam in hortis, sunt angustiores quidam sulci & oblongi, iter præbentes circa porcas (ita enim vocant terram editiorem inter duos sulcos) quem admodum fori in navibus facultatem præbent nautis ultro citoque discurrendi. Colum. lib. 10.

Angustisque foros adverso limite ducens,

Rursus in obliquum distinguat tramite parvo.

¶ Legitur etiam forus in singulari numero pro via illa in navibus. Ennius,

Multa foro ponens, ageaque longa repletur.

Gellius lib. 17. cap. 10. Stansque in summae puppis foro, carmen quod Orthium dicitur, voce sublatis cantavit. ¶ De Foro judiciali : vide Forum, i.

Förüll, orum, diminut. Armariola, sive capsula, sive capsulæ in quibus aliquid reponimus. ἡ πύλακις. GALL. Coffres à livres, ou autres choses, armoires. ITAL. Armari da libri. GERM. Buchstentlein. HISP. Casax, ó fundas de libros. ANGL. Cases for books. ¶ Sueton. in August. cap. 31. Quicquid fatidicorum librorum Græci Latini-que generis, nullis vel, &c. ac solos retinuit Sibyllinos : hos quoque delectu habito, condiditque duobus forulis auratis sub palatini Apollinis basi. Beroaldus quoque, apud Sueton. in Calig. cap. 15. legit, duobus forulis intulit, ubi alii libri habent, duobus forculis.

¶ FORIA, latrina, secessus. ¶

Förfa, orum : Stercora liquidiora, quod facillè ferantur foras. ἡ ἄκρη τῆς μορφαῖος. τὸ ὑπερμεγέθησθαι τὸν ἄκρη. GALL. Foire, excrémens de ventre humides, diarrhée. ITAL. Stercoliquido. GERM. Damm diet. HISP. Estiercol liquido y ralo. ANGL. Thin ne excrementes. ¶ Inde confortie verbum, quod est stercore liquido scædare. Autho Nonius ex Pomponio in Marco, Confortisti me. Diomedes.

¶ Fortio, is, διορίζω. Onom. hoc Græcum propriè est, vasa affero : deinde abjicio, exonero, nominatim onus ventris depono. ¶

Föriölüs, i, cum accentu in antepenult. Qui ventrem solutum habet, & foria facillè emittit. ἡ ὑπερμεγέθησθαι, ἡ ὑπερμεγέθησθαι. GALL. Foireux. ITAL. Di ventre sciolio, lubrico, che facilmente lo scarica. GERM. Schesfig / bluetig. HISP. El que haze estiercol liquido. ANGL. Loose the wombe. ¶ Laberius, Fortiolus esse videtis, in coicòs calcas. Nonius.

Föricä : Locus in quem alvi stercorea dejicimus. ἡ ἀφισπῶν. GALL. Le retrait public. ITAL. Condotta, chi avviggia. GERM. Ein offen schesphaus. HISP. La privada ó albanar publico. ANGL. A common draught. Juvenal. Satyr. 3.

— inde reversi

Conducunt foricas.

Et propriè de publicis dicitur : latrina de privatis, à latendo. Föricarius, qui foricas cluit. D. lib. 22. tit. 1. l. 17. §. 5. Fiscus ex suis contractibus usuras non dat, sed ipse accipit, ut solet à foricariis qui tardius pecuniam inferunt. Budæus tamen legit fornicarius.

Föricula : vide Fores.

Foriculus, Deus putatur forium præses. ἡ ἄκρη. GERM. Der thürer gott. ¶ Sicut Cardinea dea, quæ cardinibus præerat : & Limentius deus, qui præerat limini.

Förinscüs, Foris : vide Foris adverbium, in Foras.

Foris, is : vide Fores.

Forisfacio, offendo, noceo. Hinc fortè Forfaire Gallorum. Vide supra, Forefacio.

FÖRMÄ : Figura, sive facies uniuscujusque rei. ἡ ἄκρη τῆς μορφῆς, ἡ ἄκρη. GALL. Forme, pourtrait, patron, beauté. ITAL. Forma, bellezza, faccia, apparenza. GERM. Ein gestalt/ form. HISP. La forma de la cosa, la hermosura. ANGL. A shape, a forme, beauty. ¶ Interest tamen, authore Cornelio Frontone, inter figuram & formam, quod figura artis est opus, forma naturæ bonum : unde etiam formosus dicitur. Cic. 1. de nat. Deor. Omnium animantium formam vincit hominum figura. Idem 2. de Divinit. In nubibus nunquam animadvertit leonis formam, aut hippocentauri? Idem 1. de nat. deor. Rotunda formam ullam negat esse pulchriorem Plato. Quintil. lib. 1. cap. 10. Quicquid formæ quadrati detraheris, amplitudini quoque perbit. Idem lib. 1. cap. 1. Neque enim mihi illud saltem placet, quod fieri in plurimis video, ut literatum nomina & contextum piasquam formas parvuli discant. Est autem hoc vocabulum medium, quod modò cum laude, modò cum vituperio dicitur ratione adjuncti. Terent. Andr. Et quia erat formam præter cæteras honestam & libentem, &c. Puer egregiam formam. Cic. 4. Tuscul. Sic etiam è contrario infelicem, viriosam & illaudatam formam dicimus pro deformitate. ¶ Forma pro rei alicujus imagine, deformatione & pictura. Frontinus, formam quoque ductum facere curavimus. ¶ In interdum tamen forma absolute ponitur pro pulchritudine. Horat. 2. Carm.

Movit Aiace Telamone natum

Forma captiva dominum Tecmessa.

Virgil. 9. Æneid.

Sensit lata dolis, forma sibi conscia conjux.

Plaut. Mostell. sc. 3. a. 1. Virtute formæ id evenit, ut te deceat quicquid habeas. Idem Menach. sc. 1. a. 1. Virum fortem, & forma regia. Ibidem sc. 4. a. 5. Meam formam noscitur. Velleius, Forma sua reddatur operi nostro. ¶ Interdum forma fimitur pro exemplari. Suet. in Cas. c. 30. Formam quæ edificaturus erat ludum gladiatorium consideravit. Senec. epist. 34. Ut omnia tua facta & dicta una forma perculsa sint. Plaut. Cure sc. 1. a. 2. De forma novi, de colore non queo novisse. Virtute, forma & factis invictissimis. Plaut. Milit. sc. 1. a. 1. ¶ Item Forma, pro formula. Quintilian. Judex qui nulla certa pronuntiandi formam tenetur (id est, legum formula.) ¶ Stata forma, quæ eadem & uxoriam dicitur, est mediocritas pulchritudo, & media inter extremam deformitatem, & summam pulchritudinem. Gell. lib. 5. cap. 11. Inter enim pulcherrimam formam, & deformissimam, media quædam forma est, quæ à nimia pulchritudinis periculo, à summo deformitatis odio vacat. Qualis à Qu. Ennio in Menalippa, perquam elegantem vocabulo, stata dicitur, quæ neque xgiva futura sit, neque muh : quam formam modicam & modestam Favorinus non hercule insecrè appellat uxoriam. Ennius autem in ista, quam dixit, tragædia, eas ferè fœminas ait incolumi pudicitia esse, quæ stata forma forent. ¶ Forma Regia, apud Plaut. in Milit. est corporis dignitas egregia atque augusta, qualem in Agamemnone miratur Priamus apud Homer. ¶ Forma transfertur ad incoepora pro effigie & spectro quodam, seu idea quam de re quaque mente concipimus. Cicero. lib. 1. Offic. Formam quidem ipsam, Marce fili, & tanquam faciem honesti vides. Idem de finibus, Habes undique expletam, perfectam, Torquate, formam honestatis, quæ tota ex his quatuor virtutibus, quæ à te quoque commemoratæ sunt, continetur. Tranquillus in Cas. Formam qua ludum gladiatorium erat edificaturus consideravit i. simulachrum adumbratum, & effictam speciem : ichonographiam vocat Vitruvius, & orthographiam, vulgò le modalle, & vovus. ¶ Forma etiam dicitur sutorum instrumentum, ad quod calceos conficiunt, vulgò une forme de souliers. Horat. in Epist.

Si supra & formas non sutor.

¶ Forma item Colum. lib. 7. cap. 8. dicitur instrumentum in quo exprimitur caseus. Liqueor, inquit, in fscellas, aut in calathos, vel in formas transferendus est. Ibidem, Deinde ubi formis, aut calathis exemptus est. ¶ Forma pro specie frequenter accipitur apud Rhetores. Quintilian. lib. 7. cap. 5. Abdicationum formæ sunt duæ : altera criminis perfecti, altera imperfecti, &c. ¶ Forma pro regula. Virg. 6. Æneid.

Quam penam aut qua forma viros, fortunave merfit.

Ubi Servius: Forma, i. regula. Singulis enim sceleribus statuta sunt supplicia ex more Romano, quem sequitur. ¶ Forma etiam de fistulis dicitur & cuniculis, per quos unda adducitur, aut derivatur. ¶ Accipere formam, id est, modum. Quint. lib. 2. cap. 4. Ita quum jam formam recta, atque emendata orationis accipient. Virg. I. Georg.

Continuo in sylvis magna vi flexa domatur

In burim, & curvi formam accipit ulnus aratri.

¶ Provincie forma, significat fines & contributa loca. Ulpian. in l. relegatorum, ff. de interd. & relictis. In insulam relegare Præfides provinciarum possunt: sic tamen, ut si quidem insulam sub se habeant, id est, ad ejus provincie formam pertinentem, quam administrant, etiam specialiter insulam assignare possunt, in eamque relegare. ¶ Ad formam. Plin. lib. 4. cap. 12. Peninsula ad formam gladii in transversum porrecta. ¶ Forma, delineatio futuri ædificii. Cic. pro Calio, lib. 2. Ego nec præterita, nec præsentia abs te, sed ut ab homine longè in posterum prospiciente, futura expecto: ut ex tuis litteris, quum formam Reipublice viderim, quale ædificium futurum sit, scire possum. Budæus. ¶ Formæ, aquæductus, & conceptacula, quibus aquæductus distinguuntur. Buleng. ¶ Hinc composita sunt Conformis, ÷µετμορµων. Deformis, Informis, Uniformis, Multiformis, Semiformis, & hujusmodi adjectiva: de quibus vide suis locis.

Formulâ, æ, diminutivum. { ἄνωγλον, ἄνωγλιον, ἄνωγλιδον. GALL. Maniere, façon, formule. ITAL. Maniera, ÷ sazzone. GERM. Ein gestaltlein. HISP. La forma de cada cosa. ANGL. The fashion and forme of a thing. } Aliquando pulchritudinem significat, cum quadam diminutione, sive blandimento. Plaut. in Persa, Tempori hanc vigilare oportet formulam atque ætatum, ne ubi capillus versipellis fuit, sædè semper servias. Ad formulam suam exigere aliquem. Senec. cap. 3. de vita beata. Et, Vivere ad formulam. Idem cap. 11. de tranquill. Item, Ad certam stipendiorum formulam astringere milites (i. formam.) Sueton. in August. cap. 49. Ex formula dare milites. Livius 5. lib. 3. bell. Punic. ¶ Aliquando notam. Cic. 2. de Orator. Sequitur ut cujusque rei nota quæretur & formula. Velleius, Natio redacta in formulam provincie. ¶ Sueton. in Tiber. cap. 17. Ad certam formulam adstrictus commeatu. Quintilian. Colaphum tibi ducam, & formulam scribam, quod caput durum habeas. Idem, Judex unus multis & diversis formulis. ¶ Aliquando genus & rationem. Cic. de opt. orat. Genus & formula dicendi. ¶ Sæpissimè verò ponitur pro certis & solennibus conceptionibus verborum, quales in judiciis, & omnibus publicis actionibus esse solebant. ¶ Etiam formulæ dicuntur quæ nos instrumenta vocamus: ut testamentorum formulæ, apud eundem. de Orator. Hinc formulam intendere, apud Sueton. in Vitel. Quum libertino cuidam acerbius debitum reposcenti injuriarum formulam, quasi calce ab eo percussus intendisset. Cadere formula, vel Excidere formula, est aliquid de conceptis formulæ verbis immutare. Erant enim juris formulæ certis quibusdam verbis conceptæ, à quibus si quis vel minimum recessisset, cadebat causa, id est, amittebat causam. Quint. lib. 3. Neque ignoro multa transferri, quum in omnibus ferè causis, in quibus cecidisse quis formula dicitur, hæc sint quæstiones, &c. Sunt qui pro eodem accipiant, Cadere formula, & Cadere causa: quibus facile assentior: unum enim sequi solet ex altero. Nam qui formulam cadebat, idem etiam cadebat causa. Hinc Sueton. cap. 14. in Claud. Plus petendo excidere formulam, pro causa cadere. Senec. epist. 49. Formula cadere. Et Livius lib. 5. dec. 5. Dicere formulam. Idem lib. 9. dec. 4. Formulam dixit pro jure. ¶ Errare formulâ, pro malè agere, dixit Quintilianus declam. 260. Quod & ipsum non obscure ostendit idem lib. 7. quum ait, Est enim certa servitus ad certa se verba adstringendi, idque ne fiat, in libris Cic. de Orator. vetat M. Antonius. Nam est etiam periculosum, quum si uno verbo sit erratum, tota causa cecidisse videamur.

Formulâ, ius, ii, dicebatur causidicus, qui ex formula juris agere consuevit. { ἄνωγλαφῶν, ἄνωγλιφῶν, ἄνωγλιφῶν. GALL. Un praticien en procès. ITAL. Pratico, procuratore, avvocato. GERM. Ein redner so nach form des rechten handelt. HISP. Abogado de pleitos. ANG. A practiser in the law to draw or writtes. } Quint. lib. 12. Quorum alii ad rubricas, vel ad album se constitulerunt & formularii, vel (ut ait Cicero) leguleii esse maluerunt. Qui formularii essent, vide Rubrica.

Formosus, a, um: Pulcher, speciosus, bona forma præditus. { ἄνωγλαφῶν, ἄνωγλιφῶν, ἄνωγλιφῶν. GALL. Beau. ITAL. Bello di forma. GERM. Wolgestalt/hüpsch. HISP. Hermoso. ANG. Beautiful/faire, wel favoured. } Semper enim cum laude dicitur: quamvis forma, unde originem ducit, medium sit vocabulum. Cic. 1. de nat. deor. Est tanta vis naturæ, ut homo nemo velit nisi hominis similis esse: sed tamè cujus hominis: quotus enim quisque formosus est? Virg. 2. Eclog. Formosam pastor Corydon ardebat Alexin.

Cic. 6. Verr. Mulierum nobilium & formosatum gratia. ¶ Seipso formosior: ἄνωγλιφῶν, & ἄνωγλιφῶν, Græci dicunt, cum aliquem esse in flore ætatis significant, ita ut secum collatus nunquam æquè formosus aut fuerit, aut futurus sit. Ovid. 10. Metam. Iam juvenis, iam vir, iam se formosior ipso.

Formositas, atis. { ἄνωγλιφῶν, ἄνωγλιφῶν, ἄνωγλιφῶν. GALL. Beauté. ITAL. Belta. GERM. Wolgestaltung / schöne / hüpsche. HISP. Hermosura. ANG. Vvöll favouredness. } Cic. 1. Offic. Idque positum est in tribus rebus, formositate, ordine, ornatu ad actionem apto.

Formalis, i, dicitur. Suet. in Domit. cap. 13. Pari arrogancia, quum procuratorum suorum nomine formalem dicitaret epistolam, sic cæpit: Dominus & Deus noster sic fieri jubet. Epistolam formalem accipit pro ea quæ certa forma qua dictabatur, excipiebatur à scribis. Pro quo prioris seculi homines dixissent, Concipere epistolam. Alii exponunt formatam epistolam, qua Imperator aliquid edicebat & publicè imperabat, aut publicè ad aliquos scribebat: ut ex ejus stylo, forma & exemplari, similes scriberentur. Nam cum habent eam formatam, quem instrumenta publica & edicta, formalis epistolæ dicuntur. Plin. lib. 34. cap. 9. Appellatur etiamnum & formalis temperatura artis tenerissimi: quoniam nigri plumbi decima portio additur,

Calepini Pars I.

& argentarii vicefima, maximèque ita colorem bibit, quem Græcicum vocant.

¶ Formale Philosophi variè usurpant. Est enim ipsa forma, habens formam, constituens rem: & inde constitutum, & interdum etiam est proprium, unde formaliter, & modificatè, opponuntur; quippe quod propriè dicitur, id dicitur secundum formam, seu naturæ convenientiam & veritatem definitionis.

Formalitas, differentia, ἄνωγλιφῶν, notio: quia formis res differre noscuntur.

Formaster, formam aut decorem ostentans.

Formastrum, opus pistorium. ¶

Formaria, est illa quæ Hispanis *Maestra de Novicias*, magistra novitiarum, vel ea, quæ reliquis informandis præest.

¶ Formiæ, *Mola*. V. olim E. Campanie maritima: cujus loci Episcopus Cajetam urbem vicinam translatus est. ¶

Formiter juratur, quando cum causa adjecta, vel cum expressione contractus juratur. Informiter verò, quum causa juramenti non exprimitur. Zafius de act. §. item si quis postulante, Instit. de act.

Formo, as: Formam alicui induco, figuro, fingo, ctingo. { ἄνωγλιφῶν, ἄνωγλιφῶν, ἄνωγλιφῶν. GALL. Former, façonner. ITAL. Formare. GERM. Formieren/ein gestalt machen. HISP. Formar, ÷ dar figura à la cosa. ANGL. To forme, to fashion. } Cic. 4. Acad. Parmenides ignem qui moveat terram, quæ ab eo formetur. Plin. lib. 10. cap. 93. Quo majus est animal, tanto diutius formatur in utero. Virg. 9. Æneid.

Tempore quo primùm Phrygia formabat in Ida Æneas classem.

Suet. in Domit. cap. 20. Epistolas, orationesque, & edicta alieno formabat ingenio: id est, in iis componendis aliena opera utebatur, sive per alium componebat. Horat. 3. Carm. Od. 14.

Eradenda Cupidinis

Pravi sunt elementa: & tenera nimis

Mentes asperioribus

Formanda studiis.

Seneca cap. 6. de consol. ad Helv. Formetur ad tuum exemplum. Idem cap. 7. al. 26. de consol. ad Polyb. Quintilianus, Formant oculos supercilia. Suet. in Calig. cap. 56. Formata commotæ in obscenæ modum. Quintilianus, Sic formata manus (gestu.) ¶ Formare & condere res alicujus. Senec. cap. 7. de consol. ad Polyb. al. 26. Item, Formatus sermo de hac re in scriinio inventus. Suet. in Ner. c. 7. Item, Formata in gradus coma. Idem ibidem, cap. 51. ¶ Formare juventutem, est instituere, & veluti à rudiore ingenio ad meliorem quandam formam traducere. Plinius in Panegy. Quid vitam? quid mores juventutis quam principaliter formas? Quintilianus, Quæ judicem duci formarique convenit. Suet. in August. cap. 89. Nam si quid res exigeret, Latine formabat, vertendumque alii dabat. Formare studia. Senec. cap. 24. de consol. ad Marc. Item Livius lib. 4. d. 5. Ab effusa licentia ad militarem disciplinam formato milite. Senec. cap. 26. de consol. ad Marc. Formati ad ictum militaris gladii duces. ¶ Hujus composita sunt, Conformo, Deformo, Informo, Reformo, Transformo: quorum significata vide suis locis.

Formatus, participium. { ἄνωγλιφῶν, ἄνωγλιφῶν, ἄνωγλιφῶν. GALL. Fait. Formé. ITAL. Formato, fatto. GERM. Gestalt/formiert. HISP. Hecho, formado. ANGL. Formed, fashioned. } Cic. 3. de nat. Deor. Nam Cleanthes, ut dicebat, quatuor modis formatas in animis hominum putat deorum esse notiones. Ovid. 3. Metam.

vultuque immotus eodem

Heret, ut è Pario formatum marmore signum.

¶ Formata, seu formales literæ, vel Pacificæ, vel Commendatitiæ, vel Dimissoriæ, ita dictæ quod certa in illis forma servatur. Cod. ll. antiq. Formatum, formacium, parietes è terra dicti. Gloss. A. L. ¶

Formator, qui instruit & format. { ἄνωγλιφῶν, ἄνωγλιφῶν, ἄνωγλιφῶν. GALL. Formateur, precepteur, qui instruit. ITAL. Chi forma & instituisce. GERM. Ein gestalter. HISP. El que forma ÷ da figura à la cosa. ANGL. A shaper or fashioner. } ut, Formator animi, formator morum. Colum. in præfat. lib. 1. Denique animi sibi quisque formatorum præceptorumque accersat. Plinius in Epist. Latum clavum in domo mea induerat, suffragio meo adjutus in petendis honoribus fuerat, ad hoc ita me dilexerat, ita verebatur, ut me formatore morum, me quasi magistro uteretur. Sen. c. 8. de consol. ad Helviam, Formator universi (Deus.) Et Quintilian. Formator alienorum ingeniorum.

Formaturâ, æ: Conformatio, sive forma uniuscujusque rei. { ἄνωγλιφῶν, ἄνωγλιφῶν, ἄνωγλιφῶν. GALL. Façon, façonnement. ITAL. Forma, sazzone. GERM. Gestaltung. HISP. Forma, ÷ figura. ANGL. A fashioning of a thing. } Lucr. lib. 4.

Formaturaque laborum pro parte figurat.

Et paulo post,

Servat enim formaturam, servatque figuram.

Formiæ, arum, *foquiæ*. Vulgò *Mola*: aliis, *Formiæ*. Urbs est Campanie maritima juxta Cajetam. Læstrigonum quondam sedes, à Laconibus (ut Strabo auctor est) condita: à quibus primùm *Hormiæ* dictæ sunt, sive à frequentia bonitateque ἄνωγλιφῶν, id est, stationum, ut Festo placet: sive ἄνωγλιφῶν, id est, ab imperu Læstrigonum (ut Servio placet) qui anthropophagi fuisse perhibentur. Quicquid id est, primùm *Hormiæ* dictæ putantur: & deinde aspiratione in F, commutata, *Formiæ*. Verisimile est, illud esse oppidum quod quinto à Caicta lapide situm, vulgò *Molam* vocant. *Formiæ*, sive *Hormiæ*, sunt tutæ navium stationes. Laurenberg.

FORMICÆ, à ferendis micis dicitur. { ἄνωγλιφῶν, ἄνωγλιφῶν, ἄνωγλιφῶν. GALL. Fourmi, ou fourmis. ITAL. Formica. GERM. Ein omeys. HISP. Hormiga. ANGL. An ant, emote, or pismire. } Mica verò propriè est pulvisculus ille, qui in arena quasi argentum fulget, à quo & panis, & omnium rerum minimæ partes, micæ dicuntur, quasi minutim cadentes. Vel simpliciter à ferendo, quod nullum animal frequentius pondera convehat, neque si mensuram corporis respicias majora. Cic. 3. de natura Deorum. Num idcirco existimas formicam anteponendam esse huic pulcherrimæ Urbi, quod

in Urbe sensus sit nullus, in formica non modò sensus, sed etiam mens, ratio, memoria? Plaut. Trinum. sc. 4. a. 2. Quid factum est eo? s. Comestum, exoptum, exutum, clotum in balneis: Piscator, pistor abstulit, lanii, coqui, olitores, myropolæ, aucupes, confit citò, quam si tu objicias formicis papaverem. Ovid. Eleg. 8. lib. 1. Trist.

Horrea formica tendunt ad inania nunquam.

Plaut. Curc. sc. 4. a. 4. Faciam ut te formicæ frustillatim differant. Senec. cap. 12. de tranquill. Inconsultus illis, vanusque cursus est, qualis formicis, quæ inanes per arbutta vagantur. Inde fit diminutivum Formicula, μωμικία. Formicæ Indicæ, μωμικίασιν, animalia sunt Ægyptii lupi magnitudine, & felium colore, sed cornuta, autem ex terræ cavernis etuentia, in regione Septentrionalium Indorum qui Dardæ vocantur, erurūque summa cura aservantia. Accolæ æstivos fervores maximè observant, illisque præ æstu in cuniculis latitantibus, aurum surripiunt. Sæpe tamen odore admonitæ formicæ, è cavernis provolant, crebròque lacerant, quanvis præ velocibus camelis fugientes. Tanta pernicitas feritæque est cum amore auri. Hæc Plin. lib. 11. cap. 31. Formica camelus, μωμικίασιν. De vehementer inæqualibus, & modò minimis, modò maximis, quòd perinde sit, quasi repente camelus in formicam vertatur. Lucian. Inest & formicæ & serpho bilis & ira, καὶ μωμικία, καὶ σέρφω χολί. Admonet proverbium non esse contemnendum inimicum quempiam, nec ullum temerè lacessendum: quandoquidem nullum animal est tam minutum, aut imbecillum, quod irritatum non exardescat ira. Quadrabit & in homunculos, nullis præditos viribus, tamen vindictam molientes: ita, ut solet, animos suppeditante. Serphus minutulum animal, non dissimile formicæ.

Formicinus, a, um: quod ad formicam pertinet. μωμικίασιν. GALL. De fourmis, ou fourmi. ITA. Cio che a formica s'appartiene. GERM. Dem omeysen zugehörend. HISP. Cosa perteneciente a la hormiga. ANGL. Of an emote or ant. Plaut. in Men. sc. 3. a. 5. Nunc cogito utrum medicam ducere medicum, an fabrum: Atque eecum incedit, movet formicinum gradum: hoc est, incedit more formicæ.

Formicosus, a, um: Plenum formicis. μωμικίασιν. GALL. Plein de fourmis, fourmillant. ITA. Pieno di formiche. GERM. Voll omeysen. HISP. Llano de hormigas. ANGL. Full of emotes or ants. Plin. lib. 10. cap. 74. Dissident thoës & leones, & minima æquè ac maxima: formicolam arborem forices cavant.

Formicatio, nis. μωμικίασιν. GALL. Certaines verruës es parties du corps, qui fourmillent & demangent, fourmilliere. ITA. Mal delle formice. GERM. Die beißige raub. HISP. Aquella obra de hormigar el cuerpo. ANGL. Certaine wartes the in bo die which it chetas the byting of antes. Extuberatio quædam est parva & callosa, in summa cute latissimis radicibus inhaerens, superne angustior, quæ inter scalpendum mordentis formicæ sensum præbet: unde etiam ex Græcis nonnulli hoc mali genus μωμικία, hoc est, formiculas appellarunt. Plin. lib. 8. cap. 7. Cinis muliebrium crinium, quum fuerint combusti, addito melle sanguinem sistit illicò, & formicationem corporum. Inde lib. 30. cap. 8. Verendorum formicationibus, verrucisque medetur arietini pulmonis inassati sanies.

Formicans pulsus, exiguus est, debilis, & frequens, omniumque maxime lethalis, σφύγμωσ μωμικίασιν. Ita dictus quòd veluti formicas per atteriam discurrentes tactui repræsentet. Plin. lib. 7. c. 51. Venarum inæquali, aut formicante percussu.

Formicolon, ob hoc vocatus, quia est vel formicarum leo, vel certe formica pariter & leo. Græcum est μωμικολίον. Ad Latinam analogiam rectius diceretur Formicoleo.

Formido, inis, secundâ syllabâ producta, à formis, i. spectris: sive ab antiquo, formis, i. calidus: sicut à gravis sit gravidus. Metus vehementior, pavor. Formidare, μωμικίασιν. GALL. Crainte, peur. ITA. Paura, tema. GERM. Furcht / schrecken. HISP. Miedo à temor demasiado. ANGL. Fears, dreade. Cic. 4. Tusc. Formidinem metum permanentem definiunt. Horat.

Oderunt peccare mali formidine pœna.

Plaut. in Amphitr. Neque miser me commovere possum præ formidine. Cic. Attic. lib. 8. Omnino intelligo, nullum fuisse tempus post has fugas & formidines, quod magis debuerit mutum esse literis. Virg. 3. Æneid.

Tum verò ancipiti mentem formidine pressus

Obstupui.

Ovid. 5. Fast.

Dum nova lanugo est, pavidos formidine cervos Terret.

Plaut. Amphitr. Eadem nos formido terrore timidus impulit. Item Capt. sc. 4. a. 3. Vix alto præ formidine. Idem Men. sc. 5. a. 5. Me implevit figniti & formidinis. Formidinem ostentare. Salust. Inurgurth. 70. Formido in venatione, pro linea, quæ vario plumarum nexu discolor, qua terrentur apri, vulpes, lupi, ursi, in primisque cervi. Virg. in Georg. 3.

Puniceæve agitant timidos formidine penna.

Dicitur & linea. Nemesianus,

Linea quinetiam magnos circumdare saltus
Qua possit, volucresque metu concludere prædas,
Digerat innexas non unâ ex alite pinnas.

Oppianus dicit δῆμις πολὺς φόσος: & alibi, δειμασίνων μωμικίασιν, i. formidinem multicolorem, & lineam formidolosam.

Formido, as: Metuo, timeo. Formidare, μωμικίασιν. GALL. Craindre, redouter. ITA. Havere grand paura, temer forte. GERM. Häßtig fürchten. HISP. Temer demasiadamente. ANGL. To be affraye, to have a fears and dread. Plaut. in Capt. Nimis hercle illum malè formidabunt. Idem in Cistel. Nam & intus pævo, & formido. Idem prolog. Amphitr. Formidare malum. Idem in Pseud. sc. 3. a. 1. Fac mea fide, si isti formidas credere. Formido ne. Idem in Astin. a. 1. Formido miser, ne hic me tibi arbitretur suasisse, sibi ne crederes. Hujus composita sunt, Afformido, Deformido, & Reformido, quæ vide suis locis.

Formidans, participium. Formidans, μωμικίασιν. GALL. Craignant. ITA. Temente. GERM. Furchtend. HISP. Temeroso, medroso. ANGL. Fearing. Plaut. Amph. Ego cunas recessim turium prorsum trahere & ducere, metuens puctis, mihi formidans.

Formidans, participium: Formidabilis. Formidans, μωμικίασιν. GALL. Redouté. ITA. Temuto. GERM. Befürchtet. HISP. Temido. ANGL. Dread, feared. Horat. 3. Carm. Ode 6. Penè occupatam seditionibus Delevit urbem Dacus, & Æthiops: Hic classe formidatus, ille Missilibus melior sagittis.

Formidatio. Formidatio, μωμικίασιν. GALL. Crainte. ITA. Effo temere. GERM. Furcht. HISP. Aquel temer. ANGL. Fears, dread. Cic. in Partition. In suasionem autem aut spem, aut formidationem deliberantis. Quædam exemplaria reformidationem, alia habent reformationem.

Formidolosus, a, um, modò activè sumitur pro eo qui timet. Formidolosus, μωμικίασιν. GALL. Un homme qui s'étonne, qui craint, crainitif. ITA. Timoroso, che o temuto. GERM. Furchtsam. HISP. Temeroso à medroso. ANGL. That feareth or dreads much. Terent. Eunuch. num formidosus obsecro es mi homo. C. Apagelis, egone formidosus? id est, timidus, vel meticulosus. Modò passivè, pro eo qui formidatur. Formidolosus, μωμικίασιν. GALL. Celuy qui est craint, qui é'onne, qui fait peur. Vide Geil. cap. 12. lib. 9. Salustius, Regibus boni quam mali suspiciores sunt, semperque his aliena virtus formidolosa est, id est, quæ formidatur. Cic. 4. Tusc. Conservatio stabilis iudicii in iis rebus, quæ formidolosa videntur. Plaut. Pseud. sc. 2. a. 3. (Herbas) formidolosas dictu, non esu modò. Idem Amph. Mira memoras, nimis formidosum facinus prædicas. Comparat. Formidosior. Superlat. Formidosissimus. Tacit. lib. 1. Formidosior hostium miles. Cic. pro lege Manil. Ad bellum maximum formidosissimumque pro Consue mitteretur. Sueton. in Augull. cap. 91. Plurima & formidosissima somnia & vana, & irrita videbat.

Formidolose, adverb. Formidolose, μωμικίασιν. GALL. Avec crainte, en craignant. ITA. Con timore. GERM. Furchtsamiglich. HISP. Con miedo y temer. ANGL. Fearsfully, dreadfully. Cic. pro Sestio, Eos qui plurimum possent opponi omnibus concionibus falsò, sed formidolose tamen auctores ad perniciem meam. Item Cato apud Charis. lib. 7. Censorum qui posthac sicut, formidosius atque timidius pro republica nitentur.

Formidabilis, e, quod est formidandum. Formidabilis, μωμικίασιν. GALL. Qu'on doit craindre, qui est à craindre & redouter. ITA. Formidabile, del quale si teme. GERM. Das zu fürchten ist. HISP. Cosa que se puede à deue temer. ANGL. That is to be feared. Ovid. 2. Metam. Nulla in fronte mina, nec formidabile lumen.

Formidamina, ab Apuleio vocatur (spectra, φόβητρα. Apuleius in Apolog. Omnia bustorum formidamina.

Formis, e, formosus. Sic legunt apud Plaut. Bacch. 2. 2. & Mil. 4. 3. Alitet fortis, quod ideo exponunt formosa.

Formio. Vide Phormio infra.

Formio: Peolem. Iulix fluvius: hodie Cifanus.

Formo, as: Formosus, Formula: vide Forma.

Formionēs, φόρμιον, sive φόρμιον. Ulpian. D. lib. 33. tit. 7. l. 12. §. 18. Formiones, & spongiæ, & hamas, & scopas contineri, plerique & Pegasus aiunt.

Formucapes, forcipes dictæ, quòd forma capiant, id est, ferventia. Fest.

Formus, a, um: Calidus, fervidus.

Formax, acis, à fornix. Formax, μωμικίασιν. GALL. Fournaise. ITA. Fornace. GERM. Ein ofen. HISP. Horno à hornaza. ANGL. An oven furnaise, orchimney. Quæ rei alicujus coquendæ, aut calefaciendæ gratiâ igni succenditur: cujusmodi sunt, quibus calx, aut lateres coquantur, quibusque hypocausta calefiunt. Cic. de nat. deor. Sunt quædam etiam, quæ igne nasci putentur, apparentque in ardentibus formacibus sæpe volitantes. Plin. lib. 9. cap. 8. Longinquæ fornacis cuniculo.

Formaculâ, diminut. Juven. Satyr. 10. Magna est fornacula. Formaculâ, μωμικίασιν. GALL. Petite fournaise. ITA. Fornace picciola. HISP. Pequeno horno, ò hornaza. ANGL. A little furnaise or oven. Fornacula, translâtè. Apuleius in Apologia, Hic advocatorum conductor, hic testium exemptor, hic totius calumniæ fornacula.

Formaculus, a, um: Factum in modum fornacis. Formaculus, μωμικίασιν. GALL. Fait en façon de fournaise. ITA. A foggia di fornace. GERM. Gemacht wie ein ofen. HISP. Hecho en guisa de hornaza. ANGL. Made lyk an oven or furnaise. Plin. lib. 35. cap. 14. Quid non in Africa, Hispanique ex terra parietes, quos appellant fornaceos (quoniam fornacum modo circumdati utrinque duabus tabulis, infarciuntur verius, quam instruantur) ævis durant, incorrupti imbris, ventis, ignibus, omnique cæmento firmiores: Item Fornaceus, ad fornacem pertinens: apud Non. cap. 10. in fulgit. Lucil. lib. 7. Primum fugit uti calidum & fornaceus ferrum.

Formacarius, ii, cui accendendæ fornacis, coquendique panis cura incumbit. Formacarius, μωμικίασιν. GALL. Fournier, Boulanger. ITA. Fornajo. GERM. Ein ofen hütter/oder beck. HISP. Hornero. ANGL. A baker or bread. Ulpian. l. si servus, ff. ad l. Aquil. Si fornacarius servus coloni ad fornacem obdormisset, & villa fuisset exusta.

Formacalia, orum: Feriæ patriis torrendi gratiâ institutæ, quòd ad fornacem quæ in pistrinis erat, sacrificium fieri solebat. Ovid. lib. 2. Fast. Facta dea est fornax, lati fornace coloni.

Et paulò post:

Curio legitimis tunc fornacalia verbis
Maximus inducit, nec stana sacra facit.

Bud. post Festum.

Formacator, idem qui fornacarius.

Formaculus, icis, pen. genitivi corr. & generis masculini: Arcus in ædificiis, & quodcuque opus concameratum. Formaculus, μωμικίασιν. GALL. Voûte, arc ou arche, la ploye ou arc d'une voûte. ITA. Volto, arco. GERM. Ein schreibbogen oder gewölb. HISP. Arco à boveda.

boveida, d cosa semejante. ANGL. An arche or vault. } A furvo, atro: nam loca in arcum edificata, subobscura sunt. Cic. in Topic. Non debet præstare quod fornix vitium fecerit. Virg. 6. Æneid.

Mœnia conspicio, atque adverso fornice portas.

Idem 10. Æneid.

Aut amnis ripis, aut alti fornice saxi.

Plin. lib. 33. cap. 4. Relinquantur itaque fornices crebri montibus sustinendis. } Quoniam verò meretrices in hujusmodi locis, id est, sub fornicibus habitare consueverunt, ponitur fornix pro lupanari, seu meretricia cella. ζαμυγτροποιον. Senec. lib. 1. controvers. Redoles adhuc fuliginem fornices. Et in Priapeia, Nigri fornices oblitus favilla. Juvenal. Satyr. 3.

Lenonum pueri quocumque in fornice nati:

Horat. 1. Serm. Satyr. 2.

— sunt qui nolunt tetigisse, nisi illas,

Quarum subsuta talos tegat instita veste:

Contra, alius nullam nisi olenti in fornice stantem.

Item pro ipso scorto, sive meretrice. Suet. in Cas. cap. 49. Stabulum Nicomedis, & Bithynicum fornitem, Cæsarem Curio vocat. } Erant etiam fornices, arcus in memoriam rerum à triumphalibus viris gestarum exstructi, quasi monumenta victoriarum. Cic. 2. de Orat. Etiam illa ridentur, quæ minuendi, aut agendi causa ad incredibilem admirationem efferuntur: velut tu Crasse in concione, ita sibi ipsi magnum videri Memmiam, ut in forum descendens caput ad fornitem Fabii demitteret. Idem 4. Verr. Hujus fornix in foro Syracusis est, in quo nudus filius stat. Hujusmodi fornices etiam hodie Romæ extant, quos Arcus triumphales vulgò vocant, quorum antiquissimus est D. Vespasiani nomine erectus in triumpho Judaico. Alii autem duo maxime insignes, quorum alter Septimii Severi, alter Constantini memoriæ erectus est.

Fornico, as: Fornices exstruo, vel fornices figuram rei alicui induco. ζαμυγτροποιον. GALL. Vouler faire en maniere d' arche. ITAL. Fabricare in volto. GERM. Gewölbchen / ein schwebogen oder gewölb machen. HISP. Hazer arco d' boveda. ANGL. To build an vault, or vault, or archeroofe. } Plin. lib. 11. cap. 10. Ruentes ceras fulciunt pilarum instar integerinis à solo fornicatis, ne desit aditus ad sarcinandum. Idem lib. 16. cap. 42. Populus contra omnia inferiora panditur, palma econtrario fornicatur, hoc est, sursum incurvatur, quum fornices cornua deorsum soleant inclinari.

Fornicatus, participium, quod ad fornices modum edificatum est, quod & concameratum opus, & arcuatum vocamus. ζαμυγτροποιον, κατασκευαστος. GALL. Fait en voule. ITAL. Fatto in volto. GERM. Gewölbt / zusammen geschlossen als ein schwebogen. HISP. Hecho en arco d' boveda. ANGL. That is builded lyk an vault. } Cic. in Topic. Omnibus jus est, parietem directam ad parietem communem ad jungere, vel solidam, vel fornicatum.

Fornicor, aris: Meretricor, hoc est, cum meretricibus rem habeo. ζαμυγτροποιον. GALL. Paillarder. ITAL. Haver a fare con meretrice. GERM. Hurerey treiben. HISP. Fornicar d' andar en pute-rias. ANGL. To play the harlette. } Dicitur fornicator à fornibus, in quibus meretrices prostare consueverunt. Hujusque verbi exemplum nullum invenimus in eo significato apud idoneos Latinæ linguæ auctores, & tantum apud Ecclesiasticos invenitur.

Frio, as: à φριζω, terendo comminuo. Frion. GALL. Froisser, frier, émier, briser & mettre en poudre en frottant. ITAL. Tritare. GERM. Reiben/ zerreiben. HISP. Quebrar o desmenuzar entre los dedos. ANGL. To crumme smalto, break in smal pieces. Plin. lib. 13. cap. 4. In ipsa quidem Æthiopia break hæc (tanta est siccitas) & farina modo spissatur in panem. Varr. 1. de re rust. cap. 9. Si sit terra alba, si nigra, si levis, quæ quum fodiat, facile frictur. Hujus composita sunt Afrio, quod est, terendo aliquid digitis leviter inspergo, suffrio, paululum contero.

Frillibilis, e, quod facile friatur, & digitis minutim teri potest. Frillibilis. GALL. Aisé à émier, facile à mettre en poudre. ITAL. Friabile, che facilmente si può fregare. GERM. Das leicht zu zerreiben ist. HISP. Cosa que se puede desmenuzar. ANGL. That may be easily broken in pieces. Plin. lib. 28.

Optimæque est, quæ candidissima, & friabilis, minimèque ponderosa, quum teratur inter digitos.

Fritus, est Fremitus, strepitus. Cic. de nat. deor. ex Accio, Tanta moles labitur fremebunda ex alto ingenti sonitu & fritu. Sic enim in quibusdam libris legitur, & in nonnullis fremitu.

Frisinga, frisinga, vel frising, in historiis barbari sæculi est tener (edilis tamen) fetus porci, aut ovis, &c.

Frisia Occidentalis, West/ Drieslandt/ una ex XVII. provinciis Germaniæ inferioris: cujus Metropolis est Leovardia, Leeuwarden; Episcopali dignitate anno 1559. à Paulo IV. aucta, sub A. Ultrajectino. Est in eadem provincia & Franquetra/ Stancter/ oppidum Academiæ celebre.

Frisia Orientalis, Ost/ Drieslandt/ cujus caput est Embda, emporium nobile, ad Amisæ fl.

Frisii, populi sunt ad Oceanum Septentrionalem siti, Batavis & Sicambri finitimi, etiam hodie nomen retinentes. Frisland.

Frisinga, Frisinghen. V. E. Bavaricæ, sub A. Salisbargensi, medio ferè itinere inter Monachum & Landshuetam sita.

Frit, dicitur illud in summa spica jam matura, quod est minus quam granum. Varr. lib. 1. de re rust. cap. 48.

Fritilis, e, olla in qua sal torretur.

Fritilla, pultis genus.

Fritillum, stillicidium stercoris in sterquilinum.

Fritillus, i. Tabula lusoria, in quam tesserae conjectæ, agitataeque mittuntur, inquit Porphyrio. Frisillus. GALL. Taillier à jouer aux dez. ITAL. Tavogliero per giocare à dadi. GERM. Ein Bretspiel. HISP. La salsereta a donde se echan los dados. ANGL. A payre of tables to playe at the dice. Solent enim tesserae conjici in fritillum, tanquam vasculum, quo agitatae deinde mittuntur in alveolum. Juvenal. Satyr. 14.

parvòque eadem movet arma fritillo.

Dicitur fritillus (ut quidam putant) à crepitu ipso tesserarum, vel quòd super eo tesserae ferantur. Martial. lib. 4.

Dum blanda vagus alea December

Incerta sonat hinc & hinc fritillis.

Fritinnio, is, ire: Hirundinum proprium est, quemadmodum annotavit Scaliger in Varronem, cujus ego versus ex Nonio collectos adscribam.

Et pullos peperit fritinnientes,
Quos non lacte novo levata pascat:
Sed pancarpneo cibo coacto,
Libamenta legens caduca veris:
Ad quos tum volucres venit pusillos,
Vsque ad limina nidita esca vilis.

Item apud Varr. lib. 6. de L. L. Fritinnit suaviter.

Friviculum, i, (ut quibusdam placet) est levis offensivacula inter virum & uxorem, quam sequitur secessio. Ulp. l. quum hic, de donat. inter vir. & ux. Quod si divortium non intercesserit, sed friviculum intervenit: donatio profecto valebit, si friviculum quievit. Quò tamen in loco malim legere fribusculum: ut fribusculum intelligas, quando ex conjugali more dissidio enato, aliquid remittitur, vehementerque ille ardor refrigescit. Sunt etiam qui fribusculum legant, quod tamen vocabulum nusquam credo reperiri.

Frivola, auctore Festo, sunt vasa fictilia casta. Unde dicta verba frivola, quæ minus sunt fide subnixæ. In Pandect. in l. solum, de pign. action. Non enim credibile est hoc convenisse, ut ad universam pensionem insulæ frivola mea teneantur. Ubi frivola, pro supellectili tenui, & vili accipiuntur: qualis eorum esse solet, qui in cœnaculis habitant: quo modo & Sartyricus usus est Satyr. 5.

Et ne te teneam, Romanorum omnia regum

Frivola.

Quibus verbis paupertatem Regum Romanorum significavit: quos etiam Samiolis vasis usos esse constat. Idem in 3.

Vivendum est illic ubi nulla incendia, nulli

Nocte metus: jam poscit aquam, jam frivola transfert

Vcælegon, tabulæ tibi jam tertia sumant.

Senec. c. 1. de tranquill. Frivola mea, dixit pro vasis non magni pretii. Suet. in Calig. cap. 39. Nescio quid frivoli emere. A Græcis γεινία dicuntur, id est, πικρὰ τὴν εὐκταὶ οὐδὲν ἀγαθὸν ληψία. Unde & γεινιόπολα ab eis dicuntur, qui hujusmodi supellectilia venditant, quos Latine vocamus Frivolarios. Budæus in Annotat.

Frivolius, a, um, quasi frivolis: quæ vox usurpatur de vasis fictilibus: dicitur quod est inane, leve, nulliusve momenti, quasi friabile. Frivolis. GALL. Frivole, de petite valeur & estime. ITAL. Leggiero, vano, de niun momento, frivolo. GERM. Nichts lossend/ leichtlich/ vnnus. HISP. Cosa vana y de poca precio. ANGL. Vaine, trifling, of ne value. Plin. lib. 7. cap. 7. de generatione hominis loquens, Miseret atque etiam pudeat æstimationem, quàm sit frivola animalium superbissimi origo, quum plerumque abortus causa fiat odor à lucernarum extinctu. Frivolam originem pro fragili, & infirma dixit, & veluti friabili. Gell. lib. 15. cap. 30. Oppidò quàm sunt in litterarum ostentatione inepti & frivoli. Idem lib. 16. cap. 12. Quædam futilia & frivola. Quint. lib. 7. cap. 3. Eoque fatius est omni se antea vitæ abstinere convitio, quàm levibus, aut frivolis, aut manifestò falsis reum incescere. Senec. cap. 12. de conf. ad Marc.

Frivola oblectamenta animorum.

Frondator, Frondes, Frondosus: vide Frons, dis.

Frōns, tis, à ferendo, ut quibusdam placet, quòd indicia animi ræ se ferat. Frōns. GALL. métsach. μέτωπ. GALL. Le front. ITAL. Fronte. GERM. Die stirn. HISP. Frente. ANGL. The forehead. A dextra & sinistra temporibus, à superiori angillorum radice: ab inferi vèro parte superciliis terminata: corrugatur in tristitia, & in lætitia dilatatur. Hinc factum est, ut frons accipiatur pro vultu, & pro animi nostri affectu, quem ex fronte perspicimus. Martialis,

Nec matutinâ sè mihi fronte venit.

Idem lib. 1.

Illâ fronte pæcor carmina nostra legas.

Cic. ad Atticum lib. 4. Pompeius fremit, queritur, Scauro studet: sed

utrum fronte, an mente, dubitatur: id est, vultu, an animo. Senec. cap. 15. de tranquill. Flere, & frontem suam fingere. Idem cap. 1. de consol. ad Marc. Fronte hilari tegere gemitus. Idem cap. 8. al. 37. de consol. ad Polyb. Fronte remissa aliquid facere. Plaut. Aul. sc. 1. a. 4. Herile imperium ediscat, ut quod frons velit, oculi sciant. Idem Aul. sc. 3. a. 2. Truculentis oculis, tristi fronte. Gell. cap. 1. lib. 19. Fronte falsa terete (i. specie inani.) Plaut. Menach. sc. 2. a. 5. Ex temporibus & fronte viridis exoritur color. Quint. Frons imbecilla sustineretur magna conscientia (i. nimia verecundia.) Idem, Plus habet in recessu, quam in fronte. ¶ Frontem explicare, vel exporrigerre dicimur, quum hilarescimus: contrahere, quum ringimur, hoc est, ubi quid molestum est. Plaut. in Prolog. Amphitr. Quid contraxistis frontem? Frons enim (inquit Plin. lib. 11.) homini tristitiæ, hilaritatis, clementiæ, severitatis index est. Terent. in Adelph. Exporrige frontem (hoc est, vive hilariter.) Horat. lib. 3. Carminum.

Sollicitam explicuere frontem.

Plaut. in Cas. Porrectiore fronte mecum loquaris oportet. Sic etiam dicimus, Frontem exporrectam, vel explicatam, pro hilari vultu. Contrà, Obductam frontem, corrugatam frontem, contractam frontem, caperatam frontem, pro nubilo & mæsto vultu. Idem, Caperata frons severitudine. Nubila frons, setena frons, explicata frons. Sic, Adducta frons, mollis, asperior, conficta. Quintil. Frontis adductæ: & alio loco, Animi jacentes res, & mollis frontis: & alibi, Frontis asperioris. ¶ Frons severa. Plaut. Milit. sc. 2. a. 2. Vide ut astitit severa fronte, curas cogitans. ¶ Frontem perfricare, pro depone pulmonem. Plin. Perfricui frontem, & nihil profeci. Calvus apud Quintil. lib. 9. cap. 2. Perfrica frontem, & dic te digniorem, qui Prætor fieres, quam Catonem. Persius, Exclamet Melicerta perfrisse frontem de rebus. ¶ Dicitur frons etiam de rebus inanimatis pro principio, vel anteriore parte cuiusque rei. Viig.

Fronte sub adversa scopulis pendentibus antrum.

Ovid. Eleg. 2. lib. 1. Trist.

Nunc noctes adversa pralia fronte gerit.

¶ Et licet frequentissime generis fæminini proferatur, à Cæcilio tamen masculino genere ponitur. Hi sunt, inquit, inimici pessimi, fronte hilario, tristi corde. De quo Gell. lib. 15. cap. 9. ¶ A fronte atque à tergo, ἀπὸ τοῦ ὀπίσσω. Proverbii vice receptum, pro eo quod est diligenter inspicere, & præterita cum præsentibus & futuris conferre. Ex Homero. ¶ Interdum metaphoricè usurpatur. Senec. cap. 9. de tranquill. Frontes tituli que voluminum. Ovid. Eleg. 1. lib. 1.

Cæcilius turba (librorum) palàm titulos ostendit apertos:

Et sua detecta nomina fronte gerit.

Idem Eleg. 6. lib. 1. Trist.

In prima fronte libelli

Sex versus.

Quint. prima fronte non dijudicandum. Idem, Frons causæ, ubi non est. Idem, Fronte directæ (aliàs directæ) pugnare. Senec. cap. 5. de consol. ad Helv. Ea nihil habent intra se fronti simile. (Loquitur de bonis fortunæ.) ¶ Item, Frontem dirigere & cornua promovere. Quint. Frons castrorum, Cæf. 3. de bell. civ. In frontem naves instruere. Livius lib. 7. dec. 4. Acta fronte acies. Idem lib. 6. dec. 4. Item, Frons in acie cornua utrimque promoveat. Et Liv. lib. 6. dec. 4. Fronte pugnam accedere. Tibull. lib. 4.

Rectus ut aequatis decurrat frontibus ordo.

Sueton. in Claud. cap. 4. Expolitus in prima fronte spectaculorum conspicietur. ¶ A fronte præcipitium, à tergo lupi, ἡμῶν ὀπίσθεν κερήμενός, ὀπίσθεν λόγος. Quum aliquis hinc atque hinc duobus maximis premitur malis, ut in utrum incidit, percundum sit. ¶ Frontem ferire dicuntur, qui supra modum & impotenter indignantur. Cic. ad Attic. Puto te in hoc aut risisse, aut ingemuisse, ut frontem ferias: sunt qui etiam Cæsonium putant, &c. ¶ Frons occipitio prior. Quo significavit antiquitas, rectius geri negotium, ubi præsens ac testis adest is, cujus agitur negotium. Prior dictum est pro melior. Cat. de re rust. cap. 4. ¶ Vera fronte fieri dicuntur quæ ex animo citràque fucum dicuntur gerunturve.

Frons masc. gen. apud Non. cap. 3. Tilius fimbriatum frontem gestat.

Cato, Fronte longo, quadrato exercitu, Catel. Fronte hilario. Plaut. Coloratum frontem.

Frōntālē, is. Est ornamentum frontis, præcipuè in equis & elephantis.

¶ ἡντιπάλω, καὶ φάλοδω. GALL. Fronteau, frontiere de bride. ITAL. Frontale. GERM. Ein stirnengürtel / stirnengeräd. HISP. El frontal, ornamento de la frente. ANGL. A forehead clothe. ¶ Plin. lib. 47. c. 12. Quandoque tantæ magnitudinis fecere, ut equis regum in Oriente frontalia, atque pro phaleris pensilia facerent. Liv. 37. Ingentes ipsi erant, addebant speciem frontalia & cristæ, & tergo impositæ turres.

¶ Frontaria, barbara vox, nempe quod Gallis frontiere, GERM. Frontier / tanquam frontes regionum, ubi primum aspiciuntur limites, termini. Et adsonat grevæ.

Frōntāeus, a, um: quod frontem habet, vel quod in fronte positum est. ¶ μετώπιδος, ἐξήκω. GALL. Qui a front. ITAL. Che ha la fronte. GERM. Das etn stirnen hatt. HISP. Lo que tiene frente. ANGL. That hath an forehead. ¶ Frontati lapides, à Vitruvio dicuntur, quos Græci ἀγρότους appellant, quia per latitudinem totam porrecti, utramque parietis frontem conficiant. Plin. lib. 35. cap. 12. Vel testæ coctilibus laterculis, frontatisque, hoc est, ab ea parte continuatis, qua opus lateritium conspici debebat. Budæus in Annot.

¶ Frontispicium, inspectio frontis: unde & anterior pars Ecclesiæ frontispicium dicitur.

Frōntō, nis, qui latam habet frontem. ¶ μετώπιος. GALL. Qui a grand front. ITAL. Che ha gran fronte. GERM. Der ein breite stirn hatt. HISP. Hom re de grande frente. ANGL. That hath a brode forehead. ¶ Cic. 1. de nat. deor. Ecquos nævum habere, ecquos silos, flaccos, frontones, capirones, quæ sunt in nobis?

¶ Frontosus, ἀμύμων.

FRONS, dis, generis fæminini, à fero, quod frondes arborum huc atque illuc à vento ferantur. ¶ הלף haléh, מרע hophā, פורר puráb. φάλας, πάλω. GALL. Feuilles d'arbre, rameaux. ITAL. Fronda,

foglia. GERM. Ein laubst / ein grüner zweig. HISP. La hoja del arbol. ANGL. The leave of a tree. ¶ Proprie autem frondes arborum dicuntur, teste Valla, folia verò tam arborum, quam herbarum, & florum. Ovid. 13. Metam.

¶ sine frondibus idem (stabit.)

Varro 1. de re rust. Quod Cato ait circa fundum ulmos & populos, unde frons ovibus & bubus sit. Interdum metaphoricè, frondem immatutam distingere. ¶ Antiqui fros, sine n, quàm frons dicere maluerunt, ne faceret, ut inquit Plin. frontis. Varro rei rustic. lib. 1. Ulmos & populos unde est fros. Item Antiqui. Rom. lib. 15. Fros, fœnum, messis. Ennius lib. 7. Frundes, pro frondes dixit, tanquam à nominativo frus. Rurefcant frundes.

Frōndēūs, a, um: quod torum ex frondibus est. ¶ φάλας. GALL. De feuilles ou rameaux d'arbres. ITAL. Di frondi. GERM. Aufs laubstien gemacht. HISP. Cosa de materia de hojas. ANGL. Of leaves or branches. ¶ ut, Torus frondeus, Frondea corona. Plin. lib. 6. cap. 4. Ovid. 3. Fast.

Sunt quibus à ramis fronden facta casa est.

Frōndōsūs, a, um: quod frondibus abundat. ¶ ῥαβανάν, πάλω φουά, φουάδης. GALL. Feuillu, branchu. ITAL. Frondoso, che abunda di frondi. GERM. Astechtig / das vil grüner asten hatt. HISP. Cosa llena de hojas. ANGL. Full of leaves. ¶ ut, Lucus frondosus, Frondosus ramus. Livius 10. ab Vrbe, Et frondosi montes. Varro 2. de re rust. cap. 5. Virg. 4. Georg.

Corpora que ipsa boum frondoso desere luco.

Idem 3. Georg.

dum mox frondosa reducitur aestas.

Frōndārūs, a, um: quod ad frondes pertinet, sive quod ex frondibus est. ¶ φάλας. GALL. Servant, ou appartenant aux feuilles des arbres. ITAL. Cid che si fa di frondi. GERM. Das zu den zweigen oder laubstien gehört. HISP. Cosa perteneciente à las hojas. ANGL. Of belonging to leaves of trees. ¶ ut, Frondaria fiscina. Plin. lib. 12. cap. 31. Unus frondator quatuor frondarias fiscinas complere in diem justum habet.

Frōndēō, es, ui: Frondes habeo. ¶ ῥαβανάν, φουά φουά. GALL. Avoir ou porter feuilles, produire feuilles. ITAL. Far foglie, divenir fronzuto. GERM. Grüne bletter haben. HISP. Echar hojas el arbol. ANGL. To have leaves, to bring forth leaves. ¶ Virg. 3. Eclog.

Nunc frondens sylva, nunc formosissimus annus.

Idem 2. Georg.

nemorū que iovi qua maxima frondet.

Æsculus.

Sic frondens vitis. Colum. lib. 3. cap. 1.

Frōndēico, cis, cere, est frondes emitere. ¶ φουάδω. GALL. Produire feuilles. ITAL. Produrre le frondi. GERM. Grünen / grün laub abgeben kommen. HISP. Echar hojas el arbol. ANGL. To spring, to bring forth leaves. ¶ Colum. lib. 5. Nihilominus enim paucis frondescere pampinis. Idem lib. 4. cap. 9. Namque defluens humor cæcat oculum, nec patitur frondescere.

Frondo, as: frondes amputo. ¶ ἀγδ σελήφ. φουά φουά. GALL. Couper & ôter les feuilles. ITAL. Sfrondare, sfogliare. GERM. Die ast abhauen. HISP. Quitar las hojas del arbol. ANGL. To loppe or sired boughes of trees. ¶ à quo Frondator, Frondatio: & Defrondo, quod est frondes dejicio.

Frōndārōr, is. ¶ ἀγδδ μεσάβηφ. κλάδ ὀπίσθεν, φουά φουά, φουά φουά. GALL. Esmondeur, & qui coupe le bout des branches des arbres, poieur. ITAL. Potatore, che taglia i rami de gli alberi. GERM. Der die ast erharvt vnd seubert / oder das laub abstreift. HISP. El que quita las hojas del arbol. ANGL. A lopper, that cutteth of superfluous boughes. ¶ qui arborum ramos supervacuos amputat: & qui è frondibus manipulos facit hyemis tempore animalibus ad pastum offerendos: & qui manibus folia vitium vellit, quo ardor Solis uvam maturiorem reddat: aut avis quæ in frondibus habitat, & his vescitur: vel etiam palumbes quæ in frondibus nidificant. Hæc Servius, Plin. lib. 18. cap. 31. Unus frondator quatuor frondarias fiscinas complere in diem justum habet. Virg. Eclog. 1.

Hinc alta sub rupe canet frondator ad auras.

Catullus,

Non fax attenuat frondatorem arboris umbram.

Frōndārīō: Frondium & ramorum redundantium resectio. ¶ φουά φουά. GALL. Coupe des bouts des branches, amas de feuilles des arbres. ITAL. Il tagliare le foglie, il raccogliere le foglie d'alberi. GERM. Erharvung der asten. HISP. Aquella obra de deshojar. ANGL. A sredding of boughes of trees. ¶ Colum. lib. 5. cap. 6. Atque in frondatione cavendum, ne aut prolixiores pollices fiant, qui ex amputatis vitigis relinquuntur.

Frōndīfēr, a, um: Frondes ferens. ¶ ῥαβανάν, φουά φουά. GALL. Portant feuilles. ITAL. Che produce frondi. GERM. Das bletter oder laub tregt. HISP. Cosa que trahе hojas. ANGL. That beareth leaves, or braunches. ¶ Luciet. lib. 1.

Frōndīfērāsque domos avium.

Ibidem,

Frōndīfērāsque novis avibus canere undique sylvam.

Nemus frōndīfērū, apud eundem lib. 2.

Frōntō, nis: vide Frons, frontis, Frōntō, Philosophiæ simul, & dicendi præceptor M. Antonini principis adeo ab illo dilectus, ut ille statuat ei à Senatu statui decernendum curavit. Author Capitolinus. ¶ Frōntōnis alterius sub Nerone meminere Tacitus, Juvenalis, & Martialis.

Clavum militia Frōntō, toga que decus.

Frūctūs, vide post Fruor.

Frūgālīs, Frugalitas, Frugiperda: vide in Fruges.

Frūcūs, is, vel hæc Frux, frugis, secundum Priscianum, dicitur generaliter quicquid ex fructu terræ in alimoniam vertimus, neque solum quod ex frumentis & leguminibus, verum etiam quod ex vino, vel ex sylvis cædvis, cretæfodinis, lopicidinis capitur. ¶ שבר sebel'ér, רצף habúr, תבואה teb'áh, בר bar. καρπός. GALL. Toute sorte de fruit propre à se nourrir, soit de grains, ou autrement. ITAL. Il frutti della terra

terra che convertiamo in nostro nutrimento. GERM. Allerley fruch des erdrichs zu unser auffenthalt dienlich. HISP. El fruto de la tierra. ANGL. All kind of fruite that the earth bringeth forth. F. Fest. Servius, & Donatus de frugibus verbum à frumina eminenti sub mento gutturi, seu curculionis parte, qua cibus in alvum demittitur, à ferendo cibo appellatum dicunt. Varro lib. 4. de Lingua Latina, à fruendo. Etant igitur qui discernunt legumina à frugibus. Nam Cicero ait, Olei & frugum minutarum; quum de leguminibus diceret, ut ostenderet, etiam legumina, fruges vocari. Livius lib. 5. ab Vrbe, Eam gentem traditur fama, dulcedine frugum, maximè vini, novatum voluptate captam. Virg. 3. Ecol.

Quum faciam vitulâ pro frugibus ipse venio.

Ibidem,

Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres, Arboribus venti, nobis Amaryllidis ira.

Tibull. lib. 4.

Nec frugem segetes præbent, nec pabula terra.

Ovid. Eleg. 6. lib. 4. Trist.

Bis frugibus area trita est.

Quintilian. doctrina à frugibus id generare, & ad frugem perducere potest. Recipere sine ad usum bonam. Cicero pro Calio, Corrigere aliquem ad frugem, hoc est, ita emendare, ut frugi homo evadat. Plaut. Trinum. Quin cum restituis? quin ad frugem corrigis? Evadere ad frugem bonam, de eo dicitur qui antè nequam fuerat. Redire ad frugem bonam. Lamprid. in Heliogab. Milites se parafuros dixerunt, si ad frugem bonam rediret. ¶ Nominativo singulari frux, usus est Aufonius in monosyllabis.

Antè equidem campis quàm spica suppeteret frux.

Frugamenta à frugibus appellata. F. Fest.

Frugi, nomen à fruge denominatum, omnis generis, & indeclinabile est.

Moderatus, prudens, sobrius, modestus, abstinent, temperans, innocens. חַבְרִים *chachâm*, חַבְרִי *chachâm*, חַבְרִי *chachâm*, חַבְרִי *chachâm*, חַבְרִי *chachâm*, חַבְרִי *chachâm*. GALL. Bon ménager, qui se gouverne bien, qui ne dépense que par raison, épargnant, sans excès, homme de bien. ITAL. Buono, necessario, virtuoso, moderato. GERM. Nuzlich/gut, gemäß. HISP. Bueno y de provecho, templado, moderado, virtuoso. ANGL. wylse, sober, modest, a good man, thrifstie. ¶ Quint. taxat eos à quibus dicitur frugalitas, & non frugi, tanquam frugalitas sit dictio parum proba: quum tamen (quod mirum videri potest) frugalior, & frugalissimus à Terentio & Cicerone religiosissimis linguæ Latinæ custodibus usurpentur. Donatus in illud Eunuhi, Frugi es: Frugi, inquit, id est, utilis, & necessarius: à frugibus, quæ quod his fruamur, dictæ sunt. Unde antiqui servum laudare volentes, frugi dicebant, tanquam sobrium, utilem & necessarium. Plaut. in Amph. Ita servum par videtur frugi sese instituire. Pro eodem etiam apud veteres legimus, Bonæ frugi servus, quæ quidem compositio etiam si duriuscula videtur, frequentius tamen occurrit, quàm ut mendum videri queat. Ulpian. l. Neratius, ad legem Aquil. Sed si frugi bonæ servus intra annum, mutatis moribus, occisus sit. Cicero. Attic. lib. 4. Permodestus ac bonæ frugi homo. Plaut. in Trinum. Is probus est, quem non pœnitent quàm probus sit, & frugi bonæ. Apud Gellium, frugis bonæ legitur. Hujus autem vocis significationem latius exprimit Cicero. lib. 3. Tuscul. Sed quia, inquit, nec qui propter metum præsidium relinquit, quod est ignavia, nec qui propter avaritiam clam depositum non reddit, quod est iniustitia, nec qui propter temeritatem malè tem gessit, quod est stultitia, frugi appellari solet, eo tres virtutes, fortitudinem, iustitiam, & prudentiam frugalitas complexa est. Ergo frugi hominem bonum, & virtute præditum intelligimus. Plaut. Mostell. sc. 2. a. 5. Ad id usque frugi & probus fui. Idem Ps. sc. 3. a. 1. Dum vivam, nunquam eris frugi bonæ. Ibid. sc. 5. a. 1. Cupis me esse nequam, tamen ero frugi bonæ. Idem Asin. sc. 3. a. 3. Nunquam bonæ frugi fient, noctes dièscum potent. Idem Cure. sc. 2. a. 4. Nec quisquam frugi vobiscum (id est, cum lenonibus) consistere auder. Idem Asin. sc. 6. a. 4. Qui vestitu & creta occultant sese quasi frugi fient. Idem Asin. sc. 2. a. 5. Siccum & fruga, continentem, mox madidum, nihili, incontinentem. Idem Capt. sc. 2. a. 2. Fecit hominem frugi. Idem sc. 4. act. 2. Frugi sum, nec potest peculium enumerari. ¶ Ante fruges novas fieri cœptas porca mactabatur. Gell. cap. 6. lib. 4. ¶ Frugi & Nequam opponuntur. Cicero pro M. Fronteio, Qui tanta virtute atque integritate fuit, ut etiam illis optimis temporibus, quum hominem invenire nequam neminem posses, solus tamen frugi nominaretur. ¶ Accipitur etiam frugi pro eo, qui in victu, vestitu, similibusque temperans est, & oingvovµia κατωρθωσις, σωφρων, σωφροσύνη. Sic contra luxuriosus, nequam, ἄσωτος. Horat.

Parcius hic vivit, frugi dicatur.

Frugifer, a, um: Fructus ferens. חַבְרִי פֶרֶחַ *chachâm poréh*, καρποφόρος. GALL. Portant fruit, fertile, profitable. ITAL. Che produce fruit. GERM. Fruchtbar/das frucht tregt. HISP. Cosa que trabe fruto. ANGL. Fruitesful, that beareth fruit. ¶ ut, Arborea frugifera quæcunque fructum ferunt, quæ & fructifera dicuntur. Lucan. lib. 3.

Viraque frugiferis est insula nobilis arvis.

Ovid. 5. Metam.

Frugifera messes alimentaque mitia reddat.

Plin. lib. 15. cap. 2. Vicina bonitas provinciis, excepto Africa frugifera solo. Frugifera quercus. Sueton. in Galba, cap. 4. dicitur, quasi fruges sint glandes. ¶ Per translationem usus est pro eo quod utilitatem affert, Cicero. 3. Offic. Sed quum tota philosophia, mi Cicero, frugifera & fructuosa, nec ulla pars inculta ac deserta sit, &c. Livius in præfat. ab urbe. Hoc illud est præcipue in cognitione rerum salubre ac frugiferum, exempli documenta in illustri posita monumento intueri.

Frugiferentis, ris, poëticum epitheton, pro frugifero, καρποφογίων. Lucet. lib. 1.

Qua mare navigerum, qua terras frugiferentes Concelebras.

Frugilligus, a, um: Frumicarum epitheton est, à granorum colligendotum consuetudine tractum. ἄβλογος. GALL. Qui amasse & remueille les fruits. ITAL. Che raccoglie il grano. GERM. Ameyßen/die

corn zusammen tragen. HISP. Cosa que coge fruto y dello vive. ANGL. That gathereth fruit. ¶ Ovid. 7. Metam.

Hic nos frugilegas aspeximus agmine longo, Grande onus exiguo formicas ore legentes.

Frugiperda salix, ἀλισκοαρπη. Plin. lib. 19. cap. 26. Ocyssimè autem salix amittit semen, antequam omnino maturitatem sentiat: ob id dicta ab Homero frugiperda. Non inveniunt etiam hoc nomine appellari possunt homines nullius pretii, neque alii rei, quàm consumendis frugibus nati.

Frugalis, e, moderatus, prudens, frugi, abstinent, temperans. חַבְרִי תוֹב, חַבְרִי *chachâm*, חַבְרִי *chachâm*, חַבְרִי *chachâm*, חַבְרִי *chachâm*, חַבְרִי *chachâm*. GALL. Bien & sagement vivant, & sans reproche. ITAL. Temperato, moderato, sobrio. GERM. Maßig/zimlig. HISP. Templado, util. ANGL. Sobre tristie. ¶ Frugalior, pro temperantior. Terent. in Heaut. Dedo me patri nunc jam, ut frugalior sim, quàm vult. Varro 3. de re rust. cap. 2. Sed non hæc, inquit, villa, quamquam ædificaverint majores nostri, frugalior & melior est, quàm tua illa perpolitata in Reatino. Et frugalissimus, quasi experimentissimus & prudentissimus. Columella lib. 1. cap. 9. Magistros pecoribus oportet præponere sedulos ac frugalissimos. Cicero. 4. Verr. Nihil aliud in eo quod reprehendi possit, invenio, nisi quod homo frugalissimus atque integerrimus, te hominem plenum stupri, flagitii, sceleris, domum tuam invitavit.

Frugalitas, modestia, temperantia, abstinentia. חֶסֶד *chokmah*, σωφροσύνη. GALL. Sobriété, contentement de peu. ITAL. Temperanza, frugalità. GERM. Maßigkeit/abbruch des überflusses und wollusts. HISP. Aquella utilidad, modestia y templanza. ANGL. Triftnesse huswoy-fery. ¶ Senec. Luxurioso frugalitas pœna est. Cicero. pro Dejot. Hæc sunt regie laudes, illa privata est: ut volet quisque accipiat: ego tamen frugalitatem, id est, modestiam & temperantiam, virtutem esse maximam judico. Idem 5. Tuscul. Verisimile etiam illud est, quod sit temperans, quem Græci σωφρονα appellant, eamque virtutem σωφροσύνη vocant, quam soleo equidem tum temperantiam, tum moderationem appellare, nonnunquam etiam modestiam: sed haud scio an rectè ea virtus frugalitas appellari possit. Et paulò post, Frugalitas (ut opinor) à fruge, qua nihil melius è terra oritur. Quintilian. Frugalitas quædam Eloquentiæ in Atticis Oratoribus.

Frugaliter, adverb. Sobriè & modestè. σωφρονας. GALL. Sobriement, en bon ménager. ITAL. Frugalmente, temperatamente. GERM. Maßiglich/gezümlich. HISP. Vilmente y modestamente. ANGL. Huswoisely, tristellie. Plaut. in Epid. Ille eam rem adco sobriè & frugaliter accuravit, ut alias res: est impensè improbus. Cicero. pro domo sua. Itaque omnia signa, tabulas, ornamentum quod superfuit in fanis & communibus locis, tota è Græcia atque insulis omnibus honoris populi Romani causa sanè frugaliter domum suam deportavit.

Frugonia, vestimenta sunt ea, quæ Ricamata vocant Itali, dictione Syriaca: in quibus tramae diversis modis retortæ, & perplexi mandri sunt. Meminit Varro lib. 4. de L.L. Trama, quod trameat frugionis vestimentum. Ita enim legendum esse doctissimè ostendit Scapiger.

Frugo, esse puto, frugem carpo, καρπίζω: unde frugamentum, supra ¶ Fruscôr, vide Frustor.

Frumentis, inis: Summa pars gulae interior, per quam cibum lingua demittit in ventrem, λαρυγγίς. Servius in 1. Æneid. Frumen eminens sub mento gutturi pars, laryngem Græci vocant: Latini, & Celsus, fauces.

Frumentum, i, dictum est à fruendo, quasi frumentum, aliis quasi frugamentum, à fruges. חַבְרִי שֶׁבֶר, חַבְרִי *chachâm*, חַבְרִי *chachâm*, חַבְרִי *chachâm*, חַבְרִי *chachâm*, חַבְרִי *chachâm*. GALL. Toute sorte de grain, soit blé, froment, seigle, orge, avoine, mil, ou autre. ITAL. Ogni sorte di biada, frumento, orzo, avena, miglio, & altri. GERM. Allerley Korn. HISP. Los panes, trigo, cevada, &c. ANGL. All corne beitt wheat, rye, barley or other. ¶ Horatius 2. Serm. Satyr. 3.

Si quis ad ingentem frumenti semper acervum Porrectus vigilat.

Idem 1. Epist. 15.

Major utrum populum frumenti copia pascat.

Frumenti genera (ut scribit Plin. lib. 18. cap. 7.) hæc vulgarissima sunt, far, quod adoretum dixerunt, siligo, triticum, hordeum. Frumenta dici putat Servius quæcunque emittunt aristas. Varro 1. de re rustica. cap. 48. In segetibus autem frumentum quod culmus extulit. Frumenti montes, & frumentum deferre. Plaut. Pseud. sc. 2. a. 1. ¶ In ficis item frumenta dicuntur grana illa exigua, quibus sunt fertæ. Plin. lib. 15. cap. 19. Ficis mollis omnibus tactus: maturis frumenta intus: succus maturefcentibus lactis; percoctis mellis.

Frumentacæus, a, um: quod ex frumento est. σιλωπός. GALL. De froment. ITAL. Di frumento. GERM. Auf Korn gemacht. HISP. Cosa de materia de aquellos panes. ANGL. Of corne. ¶ Hicronym. Major turba hordeaceis panibus, minor frumentaceis pascitur.

Frumentarius, a, um: quod ad frumentum pertinet. σιτωπός. GALL. Appartenant au fait de blé. ITAL. Cid che à frumento si conviene. GERM. Das zu dem Korn gehöret. HISP. Cosa que pertenece à aquellos panes. ANGL. That belongeth to corne. ¶ Frumentarius ager, frumentarius negotiator, frumentaria lex, quæ tractat de frumentis. Cicero. 5. Verr. Neminem vestrum præterit, judices, omnem utilitatem, opportunitatèque provinciæ Siciliae quæ ad commoda populi Romani adjuncta sit, consistere in re frumentaria maximè: in cæteris rebus adjuvamus ex illa provincia, hæc verò alimur, ac sustinemur. Plin. lib. 18. cap. 6. Sylvestris pyrus, malusque, frumentarii soli nota. Sic lib. 17. cap. 5.

Frumentarius mercator. σιτωπώτης, σιλωπώτης, σιτωπώτης. GALL. Marchand de blé. ITAL. Mercante de biada. GERM. Ein fûrtäuffer des korns. HISP. Mercador de aquellos panes. ANGL. A merchant of corne. ¶ Qui frumenta comparat, ut inde lucrum faciat. Plaut. in Pseud. sc. 2. a. 1. Quæ amica es frumentariis, quibus cunctis montes, maximi acervi frumenti sunt domi. Cicero. 3. Offic. Non igitur videtur nec frumentarius ille Rhodius, nec hic ædium venditor celare emptores debuisse.

Frumentos

Frumentor, aris : Frumentum colligo. { פרום *schabár. σβλογία.* GALL. *Aller au fourrage de blé, faire provision de blé.* ITAL. *Raccogliere frumento.* GERM. *Korn sammeln / omb Korn lugen.* HISP. *Ir à buscar aquellos panes, coger trigo.* ANGL. *To provide or gather corn.* Cic. *ad Atticum lib. 8.* Neque solus cum ista copia tantam multitudinem sustinere poteris, ut frumentatum eas. Liv. 1. *belli Macedonici, Quam in propinquo agro frumentarentur Romani.*

Frumentatio, verbum est castrense, quo significatur egressio militum ad frumentum in castra congerendum. { σβλογία. GALL. *Fourrage-ment de blé.* ITAL. *Raccolta di frumento, distribuzione di frumento.* GERM. *Kornsammlung.* HISP. *Obra de ir à buscar aquellos panes, cogimiento de trigo.* ANGL. *A taking in of corne, a foraging.* Cæsar 7. *bell. Gall.* Omnes nostras pabulationes, frumentationeque observabat. Liv. 1. *bell. Maced.* Quia ex tam propinquis stativis parum tuta frumentatio erat. ¶ Frumentatio etiam dicebatur distributio frumenti, quæ Romæ fiebat, ubi principes receperant curam publicæ annonæ. σβλογία. Sueton. *in Aug.* Impetum se cepisse scribit, frumentationes publicas in perpetuum abolendi. Idem *cap. 40.* Ac ne plebs frumentationum causa frequentius à negotiis avocaretur, &c.

Frumentator, qui frumentatum profectus est. { σβλόγος. GALL. *Celuy qui va au fourrage de blé, qui fait provision de blé pour une commune, fourrageur.* ITAL. *Raccoglitore di frumento.* GERM. *Einer der Korn zusamen außgangen oder außgefaren ist.* HISP. *El que va buscar aquellos panes.* ANGL. *A fourrageour or purveyor of corne.* Liv. 1. *bell. Macedon.* Improviso impetu Gallorum, cum frumentatoribus est circumventus.

¶ Frondes, frondes. ¶

Frūiscōr, vide *Fruor.*

Frūōr, eris, fructum in supino secundum Priscianum, sicut in struo, structum, à feror. Cic. *in Hortens.* Et amenitate summa fructus est. Nonnunquam etiam fruitum. Unde fruitus est. Nævius apud Gell. *cap. 2. lib. 17.* Quod magnopere quæsierunt, id fruisi non queunt. Qui non par sit, apud se fruitus est. Et Ulpian. 1. *Pomponius. D. de usufruct. ear. rer. qua usu consum.* Licet proprietarius mihi pensionem solverit, tamen usum fructum admittit, quia non meo nomine, sed suo fruitus est emptor. Est autem fruor, potior fructu, voluptatēque capio. { פרוה *hohil, פרוה acház. ἀπολαύω, καρπύωμαι, εὐφραίνω.* GALL. *louyr.* ITAL. *Godere, fruire, usare.* GERM. *Nutzen/niessen/ brauchen.* HISP. *Alcançar lo desseado, gozar del fructo.* ANGL. *To enjoye, to tak the profite or pleasure of a thing.* Terent. *in Adelph.* Agelli hic sub urbe est paululum, quod locitas foras: huic demus, qui fruatur: id est, unde fructum capiat, & alatur, non proprietate potiarur, inquit Donatus. Virg. 7. *Æneid.*

Et varias audit voces, fruiturque Deorum Colloquio.

Ubi Servius, Fruitur, pascitur: quod de rebus tantum bonis dicitur. Ovid. *Eleg. 8. lib. 4. Trist.*

Nunc haminum visu rursus & urbe frui.

Idem *Eleg. 7. lib. 4. Trist.*

Ingenio tamen ipse meo comitorque fruorque.

Idem *Eleg. 6. lib. 3. Trist.*

— *salvo fruere sodali.*

¶ Cum accusativo, apud Plaut. *in Asin. sc. 2. a. 5.* Argyrippus exorari spero poterit, ut sinat sese alternas cum illo noctes hanc frui. ¶ Composita hujus verbi sunt, Defruor, & Perfruor, quæ significant in totum fruor, seu omnem fructum percipio.

Frūturus, participium. Cic. *lib. 3. Tusc.* Zeno Stoicorum acutissimus contendere, & magna voce dicere solebat, eum esse beatum, qui presentibus voluptatibus fruere, consideretque sese fruiturum.

Frūendus, a, um. Cic. *de senect.* Agro bene culto nihil potest esse nec usu uberius, nec spe ornatus: ad quem fruendum non modò non retardat, verum etiam invitat atque allecat senectus. Senec. *cap. 10. de consol. ad Marc.* Fruendos vos liberis date, & rapite ex iis voluptates. Idem Livius *lib. 2. dec. 5.* Fruendum agrum locare.

Frētus, confusus, nixus, fultus. { פרוח *batuach. פרוח, פרוח, פרוח, פרוח.* GALL. *Se confiant, assuré, appuyé.* ITAL. *Confidato.* GERM. *Vertwähend/ sich verlassend.* HISP. *El que tiene confianza.* ANGL. *That trusteth, that hath confidence.* Nomen participium, quum verbi originem non habeat. Nam à fruor non derivari, diversitas significationis ostendit. Cic. *de nat. deor.* Fretus intelligentia vestra, disseto brevius, quam causa desiderat. Idem *Appio,* Fretus conscientia officii mei, benevolentiaque, hæc ad te scripsi liberius. Idem 1. *de invent.* Tum ingenio freta malitia pervertere urbes, & vitas labefactare assuevit. Ovid. *Eleg. 3. lib. 4. Trist.*

Vtere temporibus, quorum nunc munere freta es.

Et Plaut. *Men. sc. 2. a. 5.* Dote fretæ, feroces. Idem *Amph. sc. 1. a. 1.* Freti virtute & viribus, superbi. Idem *in Asin.* Virtute ulmorum freti. Idem *Aul. sc. 5. a. 3.* fretus tuâ fide, fiducia. Idem *Pseud. sc. 5. a. 2.* Majorum meorum fretus virtute dicam.

Frūiscōr, eris, à fruor deducitur, ejusdemque significationis est. { פרוה *hohil, פרוה acház. καρπύωμαι.* GALL. *louyr paisiblement, avoir à commandement.* ITAL. *Godere, fruire, usare.* GERM. *Niessen / ein genuss haben.* HISP. *Aver lo desseado, gozar del fructo.* ANGL. *To enjoye, to tak pleasure of a thing.* Metellus ad Domitios, Illi verò omni jure & honestate interdicti, ego neque aqua, neque igni careo, sed summa gloria fruiscor. Plaut. *in Rud.* accus. junxit. Hinc tu nisi malum, fruisci nihil potes. Vide Gell. *lib. 17. cap. 1.*

Frūiscōr, eris, pro fruor, Cato posuit, authore Festo: & frunitum dixit prudentem, hoc est, eum quo perfrui liceret: sicut è contrario, infrunitum, κακός, ἀπειθαρχος: Hermolaus insipientem, ac stolidum, qui nulli usui esset. Quanvis alii fronitum, per o, legendum putent. Nam Græci φρονίμος, prudentem dicunt: ἀφρονία verò dementem. Lucil. *lib. 18.* Æquè frūiscor ego, ac tu. Cælius *lib. 2.* Domus suas quosque ire jubet, & sua omnia fruisci. Nonius *in Par.* Eo quòd magnopere quæsierunt, id fruisci non quærent. Gellius citans hoc exemplum, fruisci legit. Quicquid id est, fruiscor, nisi fortè apud obsoletos illos, non legitur.

¶ **Frunitus.** Frunitum dixit Cato prudentem, h. e. eum quo perfrui liceret: sicut è contra, infrunitum, insipientem ac stolidum, qui nulli usui esset. ¶

Frūctus, us, apud antiquos fructi, & fructuis: fruges, fœtus, partus: & translata, commodum, utilitas. { פרוי *peri, פרוה תבוואב. καρπός.* GALL. *Fruist.* ITAL. *Frutto.* GERM. *Frucht.* HISP. *Fruito ò fructa.* ANGL. *Fruite.* A fruendo, teste Varrone, quia fructibus fruimur. Cic. *cont. Rull.* Ut esset locus comparandis condendisque fructibus. Varro, Quæro an fructus, an delectationis causa vendatis. Cic. *de Amic.* Et amicos tanquam pecudes, eos potissimum diligunt, ex quibus sperant se maximum fructum esse capturos. Idem *pro Sext.* Præsentes fructus negligamus: posteritati & gloriæ serviamus. Ovid. *Eleg. 2. lib. 4. Trist.*

At mihi fingenti tantum longèque remoto

Auribus hic fructus percipiendus erit (id est, voluptas.)

Plaut. *Pseud. sc. 1. a. 3.* Cras mihi potandus est fructus fullonius. Quintil. Fructum studiorum viridem & adhuc dulcem promi decet. Idem, Non flosculos, sed fructus deformatos vendebat. Item Cæsar *lib. 3. de bell. civili,* Fructus vocat, quæ paulò antè vocat folia. ¶ Fructus etiam non raro ponitur pro usufructu, & præsertim apud Jurisconsultos, quanquam & Cicet. in hac significatione posuerit, *De legibus:* Pecudes partim sunt ad usum, partim ad fructum procreata.

Frūctifēr, a, um: quod fert fructum, hoc est, fœcundum & fertile. { פרוה *poréh. καρπώδης.* GALL. *Qui porte fruit.* ITAL. *Fruifero, che produce frutti.* GERM. *Frucht tragend/ fruchtbar.* HISP. *Cosa fructuosa.* ANGL. *That beareth fruite, fruitefull.* Plin. *lib. 12. cap. 3.* Quæ ex his incolarum numero esse cœpere, dicentur inter fructiferas.

Frūctificus, a, um: idem quod fructuosus, qui facit fructum: hoc est, utilitatem præstat. { καρπύω, γόνιμος.

Frūctuarius, dicitur cujus est fructus, vel qui fructum alicujus rei percipit. { פרוה *poréh. καρπύωδης.* GALL. *Fruictier, qui joint du fruit.* ITAL. *Fruuario, chi gode il frutto, usufruttuario.* GERM. *Der der frucht vnd nutzbar ist einnimpt/ nuzet.* HISP. *Aquel à quien pertenece aquel fructo.* ANGL. *He that enjoyeth the fruite, or takech the profite of.*

Frūctuarius, a, um: quod fert fructum, seu quod ad fructum pertinet. { פרוה *poréh. καρπύω, ἰπιναγέρος, ἰγχερος.* GALL. *Fruictier, réservé pour porter fruit.* ITAL. *Fruuttuario.* GERM. *Fruchtbar/ oder das zu der frucht dient.* HISP. *Cosa que trabe fructo.* ANGL. *That belongeth to fruit.* Colum. *lib. 1.* Pars autem fructuaria dividitur in cellam oleariam, & cellam vinatiam. Palladius, Decisis malè natis omnibus, & veteribus, novellos, & fructuarios serves. Varr. 2. *de re rust. cap. 24.* Parete tot oportet porcos, quot mammas habeat: si minus pariat, fructuariam idoneam non esse. Agri fructuarii. Cælius *Cic. lib. 8.*

Frūctuosus, a, um: Fœcundus, utilis, frugifer. { פרוה *poréh. πολυκαρπός.* GALL. *Fruictueux, qui rend beaucoup de fruit.* ITAL. *Fruittoso.* GERM. *Fruchtbar/ das vil fruchtbringt.* HISP. *Cosa que trabe fructo.* ANGL. *Very fruitefull, profitable.* Cicet. 2. *Tusc.* Ager quanvis fertilis, sine cultura fructuosus esse non potest. Idem 1. *de frugibus.* Eas ergo artes persequeretur, vivendi attem tantam, tamque operosam, & perinde fructuosam relinqueret? Fructuosissima ars medicina, hoc est, utilissima, haud parum fructus atque utilitatis afferens. Plin. *lib. 29. cap. 1.* Cic. 2. *Offic.* Est enim non modò liberale, paulum nonnunquam de jure suo decedere, sed interdum etiam fructuosum.

Frusino, is: civitas Campaniæ, à qua Frusinates populi ad Falernum, quorum meminit Plin. *lib. 3. cap. 5.* Juvenal. *Sat. 3.*

— *optima Sora.*

Aut Fabrateria domus, aut Frusnone paratur.

Silius *lib. 12.* Bellator Frusino. Sed hic populum significat. Ptolemæus Frusinum inter Latii oppida enumerat *lib. 3. cap. 1.*

Frūstrā, adverb. incassum, nequidquam. { פרוה *chinnam. פרוה, פרוה, פרוה.* GALL. *En vain, pour neant.* ITAL. *In vano.* GERM. *Umb sunst vergäbenlich.* HISP. *En vano.* ANGL. *In vaine, to no effect or purpose.* Cic. *de senect.* Nec me vixisse pœnitet, quando ita vixi, ut non frustra me natum existimem. Terent. *in Adelph.* Nemo dabit, frustra ego nec mecum has rationes deputo. Plaut. *Pseud. sc. 3. a. 1.* Sine argento frustra est quod postulas. Idem *Curc. sc. 3. a. 2.* Mactum me illò frustra devenisse. Apuleius *Apolog. 1.* Erras, & hujus animi frustra es. Plaut. *Aul. sc. 4. a. 1.* Præsigibat animus frustra me ire cum exibat domo. Idem *Men. sc. 3. a. 4.* Frustrā me ductare non potes (id est, sine mercede.) Idem *Capit. sc. 1. a. 4.* Nihil hic edes, ne frustra sis. (i. ne fortè frustreris.) Idem *Men. sc. 3. a. 4.* Huc pedem non feres, ne frustra sis (id est, ne te frustrere, vel ne erres.) Idem *Pseud. sc. 3. a. 2.* Stulti haud scimus, ut frustra simus: i. nescimus ut fallamur, ut decipiamur. Vide dictionem sequentem, ubi eo verbo Ennius ludit. Frustrā esse dicitur, quod exitum speratum non habet, quòdque non ex sententia evenit. Salust. Cujus neque consilium ullum, neque inceptum frustra erat. Idem, Ea res frustra erat, id est, expectationem frustrata est: ut interpretatus est doctiss. Bud. Plaut. *in Amphit.* Hi jam ambo, & servus & hera frustra sunt duo, hoc est, uterque fallitur. ¶ Frustrā habere aliquem, pro decipere & circumvenire. *lib. 1.* Is advenientis servum & dominum frustra habet.

Frūstro, as: Decipio, fallo. { פרוה *chizzeb, פרוה, פרוה.* פרוה *rimmah. פרוה, פרוה, פרוה.* GALL. *Frustrer, abuser & decevoir, tromper.* ITAL. *Ingannare, defraudare.* GERM. *Betruegen.* HISP. *Faltar en lo prometido, enganar.* ANGL. *To deceive, to dove in vaine.* Cæsar, Non frustrabo vos milites. Invenitur etiam in eadem significatione Frustror, verbum commune, secundum Priscianum. Plaut. *in Amph.* Nescio quis præstigiator hanc frustratur mulierem. Idem *Asin. sc. 4. a. 3.* Ut consuevere, homines salus frustratur & fortuna: (id est, fallit, destituit homines.) Constructio enim talis est, ut consuevere, (sup. facere salus & fortuna) homines salus frustratur, & fortuna quoque. Passivo usus est Plin. *de vir. illustr.* Et quam ad tertium ab urbe lapidem castra posuisset, tempestatibus repulsus, primum à Fa-